


**Vittori, Leonello. Leonelli Faventini de Victoriis, De Aegritudinibus infantiu[m] tractatus. Appendix ad eundem, per Georgium Khufnerum juniorem. Quibus accessit Oratiuncula, per eundem Georgium Khufnerum publice habita.**

*Lugduni, sub Scuto Coloniensi [i.e. Jean et François Frellon] 1546 Col.: Lugduni, excudebant Joannes & Franciscus Frellonii fratres, 1546.*

*Cote : BIU Santé Pharmacie RES 11828 (1)*











Quare laudas res aliqui inveniendi  
arbitrati meo  
rationes est et laudo ve remonit et asprobo  
par est fortuna labori.


Tanto quisque maiora in quavis  
disciplina consequetur quanto maiora  
fulerit labores.

Nihil paratur  
Ignavia.

Lacr. diops

si per labores quicquam recte fecerimus: labor  
illius a nobis cito recedat: Beneficium autem a nobis  
non unquam non recedat.

Sic vero per voluptatem quod negligenter egimus  
voluptas cito abibit: Negligenter autem factum  
Agnus nos semper manebit.



Table

1/ Victorius (L.F.). De aegritudinibus infantia  
tractatus. Lugduni, 1546, 97 p.

2/ Victorius (L.F.). Practica medicinalis Lugduni,  
1546, 418 p.



Table

10) Victorius (L.F.) De aegritudinibus infantium  
tractatus. Lugduni, 1746, 84 p.


20) Victorius (L.F.) Tractatus medicus  
1746, 418 p.

RF  
her 11828  
1  
LEONELLI  
FAVENTINIDE  
VICTORIIS,

De ægritudinibus infantium Tractatus.

Appendix ad eundem, per Georgium  
Khufnerum iuniorem.

Quibus accessit Oratiuncula, per eundem Georgium  
Khufnerum publicè habita.



LVGDVNI,  
SVB SCVTO CO-  
LONIENSI  
1546.



AD CANDIDVM LE-  
ctorem Sebastianus Solidus.

*S*uarias morbi causas, speciesq; malorum,  
Queris, & his notis pharmaca ferre malis,  
Præcipue teneræ profint quo tempore pubi:  
Mollis ut est ætas, sic quoq; molle cupit.  
Ergo legas Khufner quos dat tibi laude libellos  
Hic Iunior, Patris non tamen arte minor.  
Si tales in Vere potest producere fructus,  
Quantus in Autumno commoda quanta dabit?



3

*Illustrissimo, clementissimoque*  
PRINCIPI, AC D. DO-  
MINO ALBERTO, VTRIVSQUE  
Baioariae Duci, Comiti Palatino Rheni, suo gratio-  
sissimo Domino, Georgius Khufnerus Iunior, Artium,  
& Medicinarum Doctor, vitam precatur per omnia  
fortunatissimam, ac diutissimam.



OL ENT illustrissime Princeps, hi, qui memo-  
ria digni quidpiam literis mandare consueverunt,  
sua scripta sub magnatum, sibi benefaentium,  
tanquam Meccenatum aduersus stridulos, & petu-  
lantes morsicatorum gannitus tuitione, & au-  
spicio, in publicum promere. Quorum exemplo percitus ego  
primitias mei studii, hoc est, diuinum planè, necnon perpete po-  
steritatis memoria dignissimum, M. Leonelli Fauentini de Vi-  
ctoriis, doctissimi, & expertissimi practici, qui haud ita dudum  
artem Paoniam Felsinae celebriter admodum professus est, de  
infantiliu aegritudinum medicatione libellum, opera, & sedu-  
litate mea (qua potui) à mendis, quibus sca tebat innumeris, ter-  
rissimè castigatum, imò & meam de eadem tractatione (videli-  
cet infantium morbis, à cunis ipsis, ad puerilem, & ephebeam  
vsque ætatem sese extendentibus) appendiculam haud minus  
sospitale, & vtilem, partim ex optimis medicinae authori-  
bus, Hippocrate, Galeno, Aetio, Auicenna, Rhaze, Aegine-  
ta, Auerrhoe, Haly Abbate, Isahaco, Mesueo: & inter recen-  
tiores, Bartholomæo Montegnano, Guilhelmo Varignano,  
Georgio Valla, Petro Hispano, Ioanne Stockero, Vuolphgan-  
go Peyssero: partim etiam ex patriis pragmagraphis, hemeri-  
diis, siue diurnalibus, depromptam, denique proprio etiam in-  
genio exaratam, editurus. Meditabundus intra me, animo agi-  
taui sæpius, cuinam idoneo tutori, ac patrono, primos illos inge-  
nii mei rudioris (non diffiteor) partus commodissimè deberem  
dicare, hoc ita scrupulosius perscrutanti; tandem subitò in men-  
tem venit, neminem esse vsquequaq; gentium, cui vel aptius, vel  
decentius iidem competere, quàm vni, ac soli bonarum scien-

tiarum, & artium, earundemq; cultorum archimeccenati, illustri-  
 fimo nimirum Boiorum Duci, Alberto, domino meo gratio-  
 fimo, utpote sub cuius Ducatu lustrum unum degerim, quin  
 & in celebratissimo Ingolstadiensi gymnasio, à suis clarissimis  
 progenitoribus instituto, literariæ militiæ tyrocinium fecerim,  
 & palmam eucti laboris gymnastici, eodem tum actum meum  
 sua illustri præsentia honorare dignante obtinuerim. Denique  
 cum plurimi ( uti popularis fama fert ) regale connubium illi  
 ominentur, non solum ut hac mea lucubratiuncula eidem humi-  
 li mente quidem, sed pia prorsus, ac deuota congratularer, ve-  
 rumetiam ut ( si superis collibitum foret ) idem pater patrimus  
 factus, hoc est, multa sobole, seu potius heroinis auctas, iisdem  
 si fortè languerint, præsentaneis medelis succurrere possit. Ob  
 has ( inquam ) causas legitimas, haud iniquum mihi visum est,  
 meam illam, tametsi præcocem, opellam, suæ celsitudini nomi-  
 nationi nuncupare, & cum iam instet nouus annus ( ut peruul-  
 gati moris est ) hymenæi, vel potius genethliaci munusculi lo-  
 co humiliter obferre. Non quod putem talem, ac tantum He-  
 roa, tantilla donatione delectari, sed ut ansam arriperem, eun-  
 dem ( quem certatim omnes dignis encomiis celebrant, & per-  
 fectæ laudis amplissimum testimonium reddunt ) pro crassuli  
 ingenii mei modulo collaudarem, & in illius gratiam memet  
 insinuarem: licet non ignorem, illius præconia ita populariter  
 esse dispalata, ut nec meo, nec cuiusquam, eloquio indigeant.  
 Nam ( si claritudinis suorum natalium originem respicias ) quid  
 suo genere illustrius? Quid sua inclyta prosapia nobilior, vel  
 antiquior? Nonne è gente illius procreati sunt olim Reges?  
 Nonne huic cum binis illis inuictissimis, ac potentissimis or-  
 bis Christiani Monarchis, Carolo videlicet Imperatore augustis-  
 simo, & ter maximo, imò & Ferdinando, sacri Romani Imperi-  
 ri sceptrigero Rege serenissimo, intercedit arcta quædam pro-  
 pinquitas, & generosissimi sanguinis coniunctio? Quod autem  
 ad personam ipsius attinet, nihil suis moribus cultius est, nihil  
 vitæ elegantia, honestamento, synceritateque celebratius. Si  
 quis absolutum veræ prudentiæ exemplar, & expressam ideam  
 requirit, à nemine rectius petierit, quàm à moderatissimo in re-  
 bus omnibus hoc nostro Principe, Phœbi profectò Tripode di-  
 guo, necnon omni virtutum genere instructissimo. Cuius super  
 omnia mores sic integri sunt, & fama sic illibata, ut nemo sit tam  
 impudens sycophanta, quem non pudeat malè de eo loqui. In  
 quo



quo serenissimo Principe, adhuc iuvene, mira indoles effulget, sic ut omnibus magnæ sit expectationi. Porro cum prima illius ætas tam manifestum iter ad virtutes ostendat, quid non boni (sicubi pubertatis annos supergressus fuerit) sperandum erit nascituris se regnate inferioribus? O felix regio: O natio faustissima, quæ talem cœlitus tibi demissum fortita es dominum, qui nihil antiquius habet, quam pacem, quæq; ad Reipublicæ commodū faciunt, quicq; (ut breuibus multa coarctē) omnes regii animi doctes habeat in numero. Hic vnus multorum Heroum priscorū decora refert. Iustiniani nimirum æquitatem, cui & impense dat operam: Ptolemæi Philadelphi studium erga bonas literas: Mecœnatis in musophilos omnes diligentissimam beneficentiam: Alexandri magni felicitatem, ac fortunam exoptatissimam: Cæsaris inuictam vim animi: Augusti comitatem, ac humanitatem gratissimam omnibus: Traiani mansuetudinem eximiam: Alexandri Seueri dexteritatem, & integritatem: Marci Antonii doctrinam: Theodosii pietatem, & si quid aliud maius esse potest. In summa, talis ab omnibus prædicatur ille noster Princeps, qui sit vel ipsa probitate melior. Sed ne videar Agathoniam canere cantionem, cumq; penes me non sit, dignis illum efferre laudibus pro decentia, iam receptui canam. Prius tamen editionis meæ causas obiter percurram: Ita tamē, ut nemo tam perditus, tamq; inuidus inueniri possit, qui id non iure factum fateatur. Prima igitur causa est, quod noluerim tanti authoris, nempe Leonelli, egregiū, ac salutiferum opusculum suppressum iri. Altera, ut infantia, ac pueritiæ morbidæ, & languescens saluti cōsulerem. Ut si quis ægritudinis casus tenellis infantulis accideret, esset in promptu medicamen, huic ætatulæ commodum. Si quidem multi (quod palam est) obstetricum, & vetularum inscitia, temeritate, iniuriaq; miseram oppetunt mortem. Sunt etiam aliās infantes ab ipso vitæ limine, variis, & ancipitibus morbis obnoxii. Itaq; quod magis calamitosum, & execrabile infanticidium præcaueretur, à ratione minime alienum videbatur, Epithomen hanc in publicum dare, ne tanta detrimēta misellis infantulis inferrētur posthac. Nec enim vitio mihi verti poterit editio illa (ut opinor) cum non ob vanam gloriam, sed commiserationem infontium puellorum (qui aliās cruciabili exitu fortè perirent) motus, has meas vigiliolas publicè promulgauerim. Quid enim vtilius, quàm his ipsis medica ope succurrere, cum sint pulcherrimum cunctorum creatorum Dei opificium, & mortalibus vnicum, ac delectabilissimum




delicium, solatiumq; non mediocre. Præsertim cum sint loquelæ expertes, nec aliter affectus suos, nisi per vagitum exprimere queant & indicare. Videmus etiã bruta nimirum animalia, pullos, & catulos suos instinctu naturæ lingendo, expoliendo, incubando, fouendo, alendoq; sustentare. Quanto magis homini eadẽ natura hoc ingenerauit, vt salutem liberorũ, ac pignorum suorum charissimorum, nutritu, educatione, & remediatione consulant. Ideo nõ absurdum fuerit, imò maximè necessarium, cum id a natura cõparatum, & insitum sit, eisdẽ non alimoniis solũ, sed salutiferis quoq; mede-

*Ab honesto.* lis (si quæ improspera valetudo ingruerit) auxiliari. Quid præ-  
*A necessa-* terea honestius, magisq; necessarium, quàm easdẽ nobiles fœturas  
*rio.* ab arumnabili discrucio vindicare, & adferere, & ipsis nefariis  
*Apostrophe* infanticidis certum, salutiferumq; curandi, non interficiendi, modum  
*ad principem.* præscribere? Lubuit insuper illustrissimè Princeps, meã illã oratiunculã in frequentissimo celeberrimorum hominum cœtu, dum insigniendus essem, Ingolstadii habitã, cui illustris celsitudo tua, pro insigni, immensaq; tua modestia interesse dignata est, appëdiculæ vice adnectere. Certè nõ captandæ famæ gratia, sed vt cognati, & consanguinei mei, profectus studii mei degustationem tanquam aliquam acciperent. Neq; etiã volui encomiastarum mihi ob adeptam insignitionis meæ dignitatem congratulantium, & applaudentium, perdocta, & luculentissima metra supprimeretur, sed velut ex vmbraculis in solẽ proferretur. Itaq; cum publica cõsuetudine receptum sit, vt solennibus xeniolis ineunte nouo anno vicissim sese adficiant homines, ac concilient, volui sub tui celebratissimi nominis epigraphia, nouitium hunc meum partum vita donatum iri. Nam si is eiusdem nominis tui splendore fultus fuerit, detes dubio procul Theoninos retundet, omnemq; liuorem zoilorum facile vitabit. Tuam igitur illustrissimam celsitudinem supplex obtestor, vt hanc saturnalitiam strenam, posteris, ac nepotibus tuis, si quos (quod Deus optimus maximus faxit) natura tibi concesserit, sicubi dispendium bonæ valetudinis (quod longè absit) agant, hand dubie per magno vsui futuram, hilari vultu suscipias. Meq; tui gymnasii deuotum, & obsequentissimum alumnũ, pro tua ingenita benignitate commendatum habeas, tuaque principalis gratia, & immensa clementia foueas. Interim tuam illustrem claritudinem, quam diutissimè, felicissimeq; incolumem seruet immortalis Iesus. Data Regi-  
 noburgi pridie calendas Decembres, Anno  
 posteriorum Christianorum 1543.

# Præfatio.

PRO cura ægritudinum infantium, notandi sunt primò qua- *Præfatio.*  
 tuor canones, quos ponit Auicenna, tertia primi, capite tertio, *Quatuor*  
 de ægritudinibus infantium. Quorum primus, in curationibus *intentiones*  
 infantium ægritudinũ regatur nutrix, & hoc duabus de causis: *in curãdis*  
 prima, quòd plures ægritudines prouenientes infantibus proue. *infantium*  
 niũt ex malo regimine nutricis, ex quo corrumpitur lac, & post. *morbis ob*  
 ea causat ægritudines in pueris. Secundò, quia infantes non pos- *seruandi.*  
 sunt tolerare fortia alterantia, & euacuantia. Secundus canon  
 est, quòd debes consyderare dispositionem nutricis, an in ea sit  
 repletio sanguinis, vel alterius humoris, propter quod fiat in hu-  
 moribus ebullitio, vnde generatur lac malam, pro pueri nutri-  
 tione, & ideo tollatur talis repletio euacuatione propria. Ter-  
 tius canon est, si patiatur nutrix aliquam ægritudinem, tunc cu-  
 randa est cum his, quæ comeduntur, & bibuntur: Et aliquan-  
 do corruptio humorum, vnde postea ex tali ebullitione lac ge-  
 neretur corruptum. Curetur igitur quantum est possibile, cum  
 cibo, & potu, & bono regimine in omnibus. Quartus canon est,  
 quòd si contingat, quòd nutrix accipiat aliquando medici-  
 nam solutiua, vel vomitiua, pro illo die non lactet  
 puerum, sed alia mulier sana lactet illum. Consy-  
 derandæ sunt secundò ægritudines particu-  
 lares, quæ possunt ipsis pueris continge-  
 re, & ponuntur ab Auicenna nu-  
 mero xxxiiii. Et diuisim de  
 vnaquaque eius curam  
 ponemus.







De tumore, & apostemate Leonellus.  
gingiuarū, & spasmo cordarum, maxillarum, in ortu dentium. Cap. I.



AVSA istarum ægritudinum, quia cū oriuntur sunt acuti, in primis, & pungunt gingiuam, adeò quòd magnum dolorem inducunt, & ex dolore trahitur materia ad locū, & causatur tumor, & apostema: similiter fit in cordis gingiuarum. Causa huius morbi.

Cura dispositionis supra scriptæ perficitur isto modo.

Prematur locus apostemosus, cum digito leuiori modo, quo possibile est, vt ex tali pressione, materia ibidem collecta dispergatur, & deinde via detur oriendi, & citò crescat. Cura est talis.

Deinde fiat inunctio circa gingiuam, ex rebus mitigantibus dolorem, & facientibus dentes oriri. Vnguentū.

Alia Vnctio.

Recipe, Adipis gallinæ ꝑ. j. Vngantur gingiuarū, vt supra. Vnctio.

Linimentum.

Recipe, Olei chamomælini, mellis ana ꝑ. j. Misce bene ad inuicem agitando, & leniatur locus læsus: Nam ex melle fit absterfio, & exiccatio materierum ad locum currentium: & ex oleo de chamomilla fit sedatio doloris. Linimentū.

Aliud ad idem.

Recipe, Terebinthinæ, mellis ana vnc. j. ꝑ. Misce, & vngatur locus. Aliud.

Nam ex terebinthina fit resolutio humorum, & ex melle fit absterfio.

Embrocatio.

Recipe, Chamomillæ, meliloti, anethi, ana M. j. Bulliāt in ꝑ. q. aquæ dolcis, ad consumptionem tertiæ partis: Et cum hoc put infantis embrocetur. Resoluit enim humores descendentes ad gingiuas. Embrocatio.

10 LEONELLVS FAVENTINVS  
DE FLVXV VENTRIS.

Caput II.

*Causa fluxus ventris.* **C**AUSA istius vltra istas duas, quas Auicenna ponit in textu, quomodo quidem infantes incipiunt emittere dentes, propter vehementem dolorem trahitur humiditas ad os, & transglutitur, & transiens ad stomachum, & intestina, facit fluxum catarrhalem.

Curatio.

*Cura.* **C**URA huiusmodi fluxus, præmissò debito regimine nutricis, quod debet declinare ad stypticum:

Si fluxus non nimium molestat, non debemus aliquid facere.

Si autem superfluit, curetur hoc modo.

Embrocatio pro ventre.

*Seminis embrocatio.* Recipe, Seminis rosarum rubearum, cymini, fœniculi, ameos, ana M.ß. Bulliant in ß. q. aquæ, ad consumptionem medietatis: Embrocetur venter: Nam ex tali embrocatione stypticatur venter duobus modis.

Vno modo, quia per calidum, rerum calidarum trahitur materia versus cutem, euaporando.

Secundo, per frigida, styptica, confortantur intestina, ne recipiant materiam.

Aliud ad idem.

*Alia embrocatio.* Recipe, Olei omphacini, id est, oliuarum immaturarum, myrtini, ana ʒ. j. Misceatur, & inongatur venter.

Emplastrum ad idem.

*Emplastrum.* Recipe, Rosarum rubearum, cymini, ana lib. ß. Bulliant in ß. q. aceti. Deinde pistentur, & reducantur ad formam emplastri, cum modico olei myrtini. Et super petiam extendatur, postea ventri applicetur.

Aliud ad idem.

*Emplastrum.* Recipe, Coaguli hœdini scrup. semis, vel leporini, eiusdem ponderis, & aquæ frigidæ, cochleare j. Misce, & exhibeatur. Et aduerte, quando datur tale remedium, illo die infans non lactetur. coaguletur enim in stomacho, & intestinis: ideo nutriatur illa die cum vitellis ouorum, & mica panis cocta in aqua, & cum kist frumenti.

*Canon notandus.*

DE



DE MORBIS PVERORVM. II  
DE CONSTIPATIONE  
ventris. Cap. III.

**C**AUSA ipsius constipationis potest esse multiplex: aut quia Cholera nõ transmittitur à chisti fellis ad intestina, aut propter calorem nimium hepatis, & renum, exiccantur faeces, aut propter nimiam attractionem venarum, aut propter nimium ælitum interaneorum.

Cura.

**C**URA istius ægritudinis debet primò nutriri nutrix cibariis & potu leniëtibus, deinde cum remediis applicatis infrà scriptis.

Suppositorium.

Recipe, Stercoris muris drach. j. Pulverifetur. Et cù adipe renum capræ, vel hirci, fiant suppositoria gracilia, & curta.

Aliud Suppositorium.

Recipe, Mellis bene cocti, & aliquantulum indurati, vnc. j. femis. Fiant suppositoria curta, & gracilia. Nam abstergant, & mundificant.

Aliud ad idem.

Recipe, Menthastræ folia ʒ. vel ʒ. Terantur manibus, quousque veniant ad formam licinii parvi, & ponantur in anum pueri: nam abstergit, & incitat virtutem expulsiuam.

Aliud.

Recipe, Radicis ireos numero j. Fiat suppositorium, curtum, & gracile.

Aliud.

Recipe, Caulium, vel blitis, numero j. vt supra. Ad idem valet, si fiat ex lardo, & laudatur.

Exhibendum per os.

Recipe, Stercoris muris grana iij. aquæ frigidæ cochlearia v. Misce, & exhibeatur. Hoc est remedium Auicennæ, & magis placet suppositoriis supradictis vt, præsertim vbi ætas permittit, & circumstantiæ consentiunt. Tamen meo iudicio, tutius esset vt balanis, vt adserit Rhazes, in compendiolo de infantium morbis.

Aliud ad idem.

Recipe, Mellis crudi cochlearia semis. Exhibeatur. Abstergit nanque, & incitat virtutem expulsiuam.

Aliud

Aliud ad idem.

*Simile prio-  
ribus.* Recipe, Terebinthinæ, quantitatem ciceris j. Nam autoritate  
Auicennæ, & Serapionis, lenit ventrem, & abstergit.

Aliud.

Recipe, Passularum enucleatarum ʒ. j. Sacchari taberzeth ʒ. ʒ. ʒ.  
Misce, & pistentur ad inuicem, quousq; veniant ad formam ele-  
ctuarii liquidi, & exhibeatur cochleare vnum paruum.

Aliud.

*Eiusdem fa-  
rinæ.* Recipe, Amygdalas dulces, & saccharum. Et pista bene ad inui-  
cem, & exhibeantur.

Linimentum, seu vnctio.

*Linimentū,  
seu vnctio.* Recipe, Fellis bouis, numero j. vel alterius animalis. Vngatur  
loca pectinis, & umbilici. Nam autoritate Serapionis, omnia  
fella soluunt ventrem. Idem habetur ab Auicenna, secundi cano-  
nis capite primo.

Aliud linimentum.

*Linimen-  
tum.* Recipe, Succu panis porcini ʒ. ʒ. Liniantur loca circa pectinem,  
& umbilicum.

## DE VESICIS, QVAE NA- scuntur in gingiuis. Cap. IIII.

*Causa vesti-  
carum gin-  
giuæ.* Causa istarum vesicarum, vt plurimum est lac nutricis cor-  
ruptum, vel acutum. Nam cum huiusmodi lac fugitur à pue-  
ris, vesicantur gingiuæ. Et huiusmodi lac generatur ex malo re-  
gimine nutricis, comedentis acuta, & corruptibilia.

### Curarum vesicarum.

NUTRIX nutriatur cum rebus frigidis, & humidis, alteranti-  
bus lac, & prohibentibus acuitatem, & corruptionem eius. Dein-  
de fiant remedia infra scripta, circa gingiuas pueri.

Linimentum.

*Linimen-  
tum.* Recipe, Lentium excorticarum ʒ. iij. Pistentur, & mastigentur,  
& apponantur circa gingiuas pueri, & fiat linimentum: Nam exic-  
cat, & prohibet vesicas fieri.

Aliud ad idem.

*Simile supe-  
riori.* Recipe, Farinæ milii ʒ. ʒ. aquæ rosarū, olei omphacini, ana q. ʒ.  
Pro linimento fiendo misce, & fiat vnctio circa gingiuas. Aui-  
cenna hic ponit duo remedia, quorum secundum est inusitatum,  
& mihi non placet.

Primum



## Primum remedium.

Recipe, Carnes putrefactas, puluerifatas ℥.iiij. Fiat linimentum circa gingiuas. Nam abstergit eas ab humiditate nitrosa, faciente veticas, & cum hoc exiccat:

Modus faciendi carnes putrefactas, de quibus iam iam facta est mentio.

Recipe, Carnes bouis vel castrati. Et aspergatur sale, & appendantur ad solem, vel fumum, quousque exiccentur, & putrefiant, putrefactione non propria, sed impropria, scilicet exiccatiua, & corruptiua.

## DE SPASMO, ET PRIMO de Spasmo ex repletione.

## Caput v.

Causa istius aliquando est maximus dolor in gingiuis, ex *Causa spatium* ortu dentium, ex quo dolore currit materia ad neruos den *sum ex repletione.* tium pueri, & implet neruos, & facit spasmodum.

Aliquando etiam est causa, debilitas neruorum, quæ est causa, *Causa.* vt faciliter nerui imbibantur humiditate, & hoc maximè in humidis, & crasis.

## Cura istius.

PRIMO debet regi nutritrix, cum nutrimentis calidis, & siccis, *Cura.* aduersantibus humori phlegmatico. Deinde circa neruos, & originem suam, fiant tales vnctiones.

## Vnctio.

Recipe, Olei liliacei ℥.j. vngantur nerui pueri.

*Vnctio.*

## Alia.

Recipe, Olei de alcanna vnc. ij. vngantur nerui. Hic nota, quod *Vnguentum.* quidam dicunt, quod alcanna est arbor cypri, & quod ex floribus *Canon.* suis fit oleum cyprinum. Alii volunt, quod sit aliud arbutum, ex quo tinguntur panni, & est calidæ, & siccæ complexionis.

## Alia vnctio.

Recipe, Olei de cherua ℥.j.β. Vngantur nerui. Confortat enim *Vnctio.* neruos mirabiliter, & exiccat.

## Vnctio pro origine neruorum.

Recipe, Olei mastichini, chamomælini, ana vnc. j.β. Misce, fiat *Vnguentum.* vnctio.

Cura

Cura istius est.

Humectare bene loca spasmata, & originem neruorum. Vnde oleum commune, mistum cum oleo violato, & cera alba, est conueniens, & inunge nucham, & loca spasmata. Et confert cum eisdem embrocare caput.

Oleum violarum solum non est conueniens, propter frigiditatem, quia cerebrum congelaret.

## DE THETANO, ET PRIMÒ ex repletione. Cap. VI.

Cura.

*Curatio.* Cura istius tota existit in exiccatione humiditatis, quæ est in membris, neruis, & lacertis imbibita, vt puta hoc modo.

Fomentatio exiccatiua.

*Fomentatio.* Recipe, Stæchadis Arabicæ, vuæ, betonicæ, rorismarini, anamano, Manip.  $\beta$ . Bulliant in  $\beta$ . q. aque, ad consumptionem medietatis, cum spongia bene expressa, fiat ventosatio, supra membrum thetanatum, ter, vel quater, postea exiccato loco, fiat vnctio infra scripta.

*Vnctio.* Recipe, Olei liliacei, ruthacei, ana  $\zeta$ . j. Misce, fiat vnctio.

Alia efficacior.

*Inunctio alia.* Recipe, Olei cucumeris asinini, liliacei, violacei, ana  $\zeta$ .  $\beta$ . Misce, & fiat vnctio, & calidè fiat, & postea inungatur locus thetanatus.

*Observatio.* Oleum violarum non ponitur hic, vt resoluat materiam, sed vt remittat rigiditatem membri, propter virtutem suam mollificatiuam.

Aliud remedium Auicennæ, efficacius omnibus aliis.

*Aqua.* Recipe, Aquæ decoctionis radicum cucumeris asinini. Et cum dicta aqua abluatur locus.

## DE THETANO, EX inanitione. Cap. VII.

Cura.

Cura istius est similis curæ spasmi ex inanitione. Ideo vide eam.

Oleum.

Vlterius consuevit accipere q.  $\beta$ . olei communis dulcis, & maturi, calefacti, & cum eo embrocare membra thetanata.

DE



DE MORBIS PVERORVM. 15  
DE TVSSI CATARRHALI.

Caput VIII.

**C**Ausa istius, est materia catarrhalis, & humiditas multa, *Causa.*  
descendens à capite ad pectus. *Tussis.*

Cura istius perficitur prohibendo cursum humiditatum, ad *Cura.*  
pectus, & materiam iam fluxam resolvere.

Auicennæ remedium.

Auicenna, in canone isto, embrocat infantes cum aqua calida, *Auicenna.*  
ipsam proiciendo super commissuram coronalem: vt propter *Canon.*  
caliditatem aquæ, aperiantur pori capitis, & fiat resolutio humi-  
ditatis currentis ad pectus. Et hoc remedium est inusitatū. Quia  
faciendo hoc remedium, oportet vt exiccetur caput pueri, cum  
panno calido, ne humiditas retenta, reducta ad propriam frigi-  
ditatem infrigidet, & noceat, & in tali exiccatione conquassatur  
caput pueri, & sic maximè noceremus puero. Ideo potius ponend-  
um est super commissuram coronalem puluis infra scriptus.

Puluis.

Recipe, Pulueris sandaracæ 3. j. Et ponatur super caput. *Puluis.*  
Et nota, quòd aliud remedium fortius non est faciendum, pro- *Observa-*  
pter capitis tenuitatem. *tio.*

Ad idem.

Recipe, Corticum thuris, sandaracæ, rosarum rubearum, maio *Alius pul-*  
ranæ, ana ʒ. j. Puluerifetur subtiliter, & fiat puluis pro capite. *uis.*

Ponendum in os.

Recipe, Mellis puri ʒ. j. ʒ. Ponatur circa radicem lingue. Exic. *Per os sumē*  
cat enim, & abstergit humiditatem descendentem à capite. Præ- *dum.*  
terea prematur radix lingue digito, & vomat. Quia materia quæ *Regula no-*  
descendit, sic euacuabitur per vomitum. *tanda.*

Electuarium ad idem.

Recipe, Tragacanthi, gummi Arabici, ana 3. ij. feminis cydo- *Electua-*  
niorum, succi liquiritiæ, penidiarum recentium, ana 3. ij. Pulueri- *rium.*  
sentur subtiliter, & cum modico syrupo de Iuiubis, reformetur  
electuarium melle. De quo ponatur in ore infantis, ad quantita-  
tem auellanæ paruæ. Prohibet enim humiditatem descendere ad  
pectus, & pectus aliquantulum dilatat.

Ad diuertendum materiam descendentem à capite ad pectus,  
vt fluat per nares.

Ster

## Sternutamentum.

*Sternuta-* Recipe, Succu maioranæ parum, aquæ hordei, & sacchari, *mi-*  
*mentum.* sce, & pone guttam vnam ad nares.

## DE DIFFICVLTA anhelitus. Cap. IX.

*Causa.* **C**AUSA istius procedit ab eadem causa, à qua tussis in cathar-  
ro descendente.

### Cura.

*Curatio.* **C**URA ergo huius est, quasi eadem est, cum cura tussis.  
Fiat tamen tale remedium infrà scriptum, circa radices aurium,  
& linguæ, & circa amygdalas. Nam in radicibus eorum est emun-  
ctorium cerebri.

### Vnctio.

*Vnguen-* Recipe, Olei communis dulcis, maturi ꝑ.iiij. Fiat vnctio, circa  
*tum.* loca prædicta: Nam hoc oleum resoluit humiditatem descenden-  
tem ad pectus.

### Vnguentum pro pectore.

*Inunctio.* Recipe, Olei amygdalarum dulcium ꝑ.j.β. Butyri recentis, sine  
sale ꝑ.j. croci, grana iij. Misce, & fiat vnctio.

### Ad idem.

*Vnctio.* Recipe, Amygdalarum dulcium ꝑ.j. violarum, butyri recentis,  
ana ꝑ.β. croci grana ij. ceræ parum. Fiat vnguentum molle.

## DE ALCOLA INFAN- tium. Caput X.

*Diffinitio.* **A**LCOLA sunt hulcera in partibus oris, in palato linguæ, circa  
guttur, vel sunt pustulæ paruæ, quæ multiplicantur infan-  
tibus, in aliis.

*Causa.* Causa istius est, vt habetur ab Auicenna in textu, quia pellicu-  
la tegentes linguam, & palatum, sunt valde molles, & à quocūq;  
tangente, valde læduntur. Et causa est vt plurimum, acuitas lactis.

*Regula.* Nota quòd reperiuntur diuersæ Alcolæ: quia quædam est  
sicca, à qua nihil emanat. & est à materia adusta maligna, tendens  
ad quandam nigredinem, & est carnosæ, cæteris deterior, alia ta-  
men est alia minus mala.

Curatur igitur ista alcola, cum infrà scriptis.

Mistu



## Mistura.

Recipe violarum recentium, rosarum rubearum, ana Ma- *Mistura.*  
nip. semis. Pistentur, & misceantur bene adinuicem, & applicen-  
tur circa partes læsas.

## Alia mistura.

Recipe, Succu plantaginis, portulacæ, solatri, ana vnc. j. Misce *Mistura.*  
bene ad inuicem, & ponatur pro vice in os, ad quantitatem me-  
dii cochlearis.

## Alia.

Recipe, Succu agreste, mororum maturorum, si potest haberi, *Mistura.*  
ana vnc. semis. Misce, cum medio cochleari lactis, & exhibeatur  
ponendo in ore infantis.

## Alia.

Recipe, Aquæ hordei coctæ vnc. iij. mellis, rosarum parum, *Mistura.*  
Cum aliis misce, & liniatur os infantis, abstergetur. Postea ac-  
cipiatur conditum infrà scriptum, ad quantitatem medii co-  
chlearis.

## Conditum.

Recipe, Balauftiarum, corticum granatorum, sumach, myrtil- *Conditum.*  
lorum, acaciæ, ana scrup. j. Fiat puluis, & cum syrupo myrtino,  
fiat conditum liquidum.

## Aliud.

Recipe, Succu portulacæ depurati ꝑ. ij. syrupi myrtini ꝑ. iij. *Conditum.*  
Misce, & exhibeatur, vt supra.

Nota, quod Auicenna dicit, quod succus portulacæ in hoc ca- *Notio.*  
su valet, à proprietate. Et quando dicit, aliquid valere à proprie-  
tate, accipiatur pro efficaciore, Succus ergo portulacæ, in hoc ca-  
su est efficax.

Alia mistura, pro mitigatione do-  
loris, & consolidatio-  
ne fienda.

Recipe, Aquæ plantaginis, mutcilaginis psyllii, ana vnc. semis. *Mistura.*  
lactis drachmam j. aluminis zuccharini drachmā semis. Misce o-  
mnia simul.

## Aliud.

Recipe, Gallarum vnc. j. aquæ plantaginis ꝑ. ꝑ. Pistentur cras- *Mistura.*  
so modo, & cum prædicta aqua bulliāt, & colluatur os infantis.

Nota, quod alia remedia fortia, vt sunt, aqua fortis, non con- *Observatio.*  
ueniunt in pueris.

18 LEONELLVS FAVENTINVS  
DE FLVXV HV MORIS,  
ab aure infantis. Cap. XI.

*Causa.* Causa istius dicitur esse superflua humiditas cerebri, ipsorū infantium, quæ est in ultimo humiditatis, in principio ortus sui.

Cura.

*Cura.* CURA ergo consuletur, ex parte virtutis, dietandi ipsum ex  
*Cibus.* cibis siccis, non tamen multum calidis. Et similiter ex potibus  
*Potus.* saltem siccis virtualiter. Et nota hanc regulam, quod sit providendum, in curatione omnium ægri tudinum infantis, ut nutrix semper  
*Canon.* dietetur diæta contraria causæ ægri tudinis infantis.  
Ex parte infantis, in isto casu, fiant infrà scripta.

Mistura.

*Mistura.* Recipe, Vini rubei, Pontici, mellis, ana ꝑ. j. ꝑ. aluminis zuccharini drach. j. croci scrup. semis. Puluerisentur puluerifanda: & simul omnia misceantur. Deinde accipiatur lana, vel cotum, infusum in dicto liquore, in modum tentæ, aliquantulum expressum, ponatur in aurem infantis, positis tamen prius duabus guttis illius liquoris, in aurem infantis.

Aliud remedium.

*Tenta.* Recipe, Olei amygdalarum amararum, olei ruthæ, ana vnc. ꝑ. Misce, & cum suprâ scripto, imponatur in aurem tenta, ex lana, vel bombyce facta, & tenta sæpe mutetur.

*Observatio.* Secundum Auicennam tenta aliquando infusa in solo vino Pontico, sufficit.

DE DOLORE AVRIS, AB  
ventositate, & humiditate.

Caput XII.

Cura.

*Cura.* CURA huius completur cum infrâ scriptis resoluentibus ventositatem.

Sacculus.

*Sacculus.* Recipe, Origani, calaméthi, seminis lini, ana vnc. ꝑ. salis drac. j. Pistentur & contendantur ad inuicem, & fiat sacculus, qui calefactus parum, ponatur circa aurem infantis.

Oleum



## Oleum ad idem.

Recipe, Olei amygdalarū amararum, olei liliorum, ana vnc. *Oleum.*  
femis. Misce, & de illo oleo calido, ponantur duæ vel tres guttæ,  
in aurem, & post claudatur foramen, cum modico coti, & stet  
clausum parum.

## Aliud.

Recipe, Seminis anethi, carui, fœniculi, ameos, ana vnc. femis. *Oleū aliud.*  
Contundantur crasso modo, & bulliant in vnciis iij. olei com-  
munis. Deinde fiat, vt suprà.

## Fomentatio.

Recipe, Chamomille, maioranæ, stœchadis Arabicæ, origani, *Fomentum.*  
calamenthi, ana Manip. femis. Bulliant in β. q. aquæ, & vini, prius  
conclusa, ad consumptionem medietatis, & cum spongia infusa  
in dicta decoctione, & expressa, fiat fomentatio circa aurem pue-  
ri, ter, vel quater, in die. Deinde ponantur in aurem duæ vel tres  
guttæ olei suprà scripti & fiat vt suprà.

## Sacculus ad idem, resoluens ventositatem sine mordicatione.

Recipe, Meliloti Manip. .i. Calefiat sine aliquo alio, qui calefa- *Sacculus.*  
ctus ponatur circa aurem.

## Liquores.

Recipe, Vnum cepe, concuatum, & impleatur oleo de rutha: *Liquores.*  
cui adde pulueris cymini scrup. j. Assietur cepe, super cineres cali-  
dos, & cooperiatur foramen cepe, cum aliquo coopertorio, &  
de illo liquore ponantur duæ vel tres guttæ, in aurem: mitigat  
dolorem, & repellit ventositatem.

DE APOSTEMATE CRA-  
nei, in capite pueri. Cap. XIII.

**N**Ota, quòd in hoc apostemate complicatur magis dolor, vt *Canon.*  
inquit Auicenna, in capite, de oculorum ægritudine, pro-  
pter colligãtiam eorum, ad cerebrum, per neruos opticos quan-  
tum ad oculos, & per venas descendentes ad guttur.

## Curatio.

**C**URA est, extinguere à principio inflammationem & calo- *Curatio.*  
rem, prouenientem à tali apostemate, cum infrigidantibus, &  
humectantibus isto modo,

## Compositio.

*Epithema.* Recipe, Corticum citrulli, cucurbitæ recentis. Et applicentur circa commissuram coronalem, & circa illas partes.

## Liquor.

*Liquor.* Recipe, Succu solatri, portulacæ, plantaginis, ana ꝑ. j. Misce, & in dicto liquore infundantur petiæ, & applicentur capiti.

## Ad idem.

*Linimentũ.* Recipe, Olei rosarum vnc. iij. aceti parum. Misce, & fiat lini-  
mentum circa caput.

Linimentum pro confortatione capitis, & re-  
missione doloris, post prædicta.

*Linimentũ.* Recipe, Vitellum oui j. croci grana iij. Misce, & liniatur caput,  
circa commissuram coronalem, & tempora.

## DE AQUA, QVAE NAscitur in capite pueri. Cap. XIII.

*Causa.* **I**sta aqua nascitur tantum, quòd caput fiat adeò magnũ, quòd truncus caput portare non potest, sic visum est per experientiam. Et aqua ista est aliquando intra craneum, aliquando extra craneum. Et signum quòd est intra craneum, est, quòd non apparet tantus tumor circa cutim capitis, & sentit grauedinẽ, & pondus intra craneum, adeò quòd oculi claudi non possunt.

Signum est autẽ, quòd extra craneum quãdoq; visu comprehenditur. Ipsa nanq; cutis capitis in tantũ extenditur, quòd possumus videre vltra ipsam aquam.

*Causa.* Et ego vidi istud in quodam puero, filio Vincentii de Refrigeriis, quòd tantam aquam habebat extra craneum, quòd scissuræ apparebant apertæ. Causa istius aquæ est, & maximè extra craneum potest esse, propter obstetricem, vel propter nutricem. Quod quandoq; in extractione fœtus, vel in nutriendo, vel in fasciando, caput stringunt vltra modum. Vnde commissuræ scinduntur, & aperiuntur, & exprimitur humiditas illa, quæ est in cerebro, ad exteriora cranei, inter cutem & craneum, & sic intumescit caput vehementer.

## Cura.

*Cura.* CIRCA curam ergo sciendum, quod Auicenna dicit, quòd aqua ad intra craneum curari non potest. Cum autẽ est ad extra, bene curatur: & secundum opinionem meam credo magis Auicennæ,



cennæ,quàm Rhazi. Et ratio istius est, quia sine exhibitione medicare, in pueris, & infantibus est malum.

#### Cura.

Curatur ergo illa, quæ est extra craneum, isto modo : Nam si *Curatio.*  
aqua dicatur esse multa, & multum extendens, debet extrahi pro parte, & pro parte resolui, & extrahitur isto modo.

Fiat incisio cutis, secundum longum, vel latum, ita quòd *Extractio.*  
possit aqua illa exire, dein quando exierit, licet non tota vna vice, accipiantur panni linei, duplicati, & infundantur in infra scripto liquore.

Recipe Vini styptici, olei cõmunis, ana vnc. iij. Misce, in dicto *Liquor.*  
liquore infundantur petiæ, vt supra, & ponantur super caput, cum ligatura satis forti, & stricta, & sic procedatur, per duos, vel tres dies: Dein fiat hoc linimentum circa caput.

#### Linimentum.

Recipe, Olei chamæmelini vnc. iij. sulfuris vnc. j. Puluerizetur *Linimentũ.*  
sulfur, & simul misceatur cum oleo chamæmelino, & totũ caput liniatur. Exiccat enim, & stringit caput, & confortat.

#### Emplastrum ad idem.

Recipe, Olibani, sarcocollæ, gummi cerasorum, ana vnc. j. Li- *Emplastrũ.*  
quefiant in aceto, & vino styptico. Deinde misceantur cum oleo chamæmelino, & fiat emplastrũ, quod supra petiam extẽsum ponatur super totum caput inflatum, & ligetur.

#### Aliud expertum.

Recipe Limaciarum cum testis eorum, numero 36. Pistentur *Emplastrũ*  
cum testis suis, & reducantur ad formam emplastri, & ponatur *simile.*  
super caput, & dimittatur quousque per se cadat. Resoluit enim mirabiliter.

#### Cura alia.

Pro cura etiam illius aquæ, intra craneum, licet dixi, non *Cura alia.*  
posse curari, potest tamen procedi isto modo infra scripto, *Notio.*  
exiccatio.

Siccari faciunt aliqui, applicãdo remedia intra aures, & nares.

#### Liquor ponendus in auribus.

Recipe, Olei de behen, de lilio, de rutha, ana ʒ. semis, sulfuris *Liquor.*  
drach. j. ʒ. serapini scrup. j. Puluerifentur subtiliter, & misceantur omnia simul, & imponantur tres vel quatuor guttæ istius liquoris, in aurem, pro vice.

#### Liquor pro naribus.

Recipe, Aquæ maioranæ, absynthii, ana vnc. ij. cubearum radi- *Liquor.*

cis acori, corticis thuris, ana ʒ.β. nucis moschatæ ʒ. j. Puluerifentur puluerifanda subtiliter, & misceantur cum prædictis aquis. Dein cum penna, in vtraque parte immiffa, infletur de illa aqua, in nafum pueri. Si quis ergo modus curationis adest, in curatione huiusmodi aquæ, ad intra craneum, est iste, qui dictus est.

## DE INFLATIONE OCULORUM. Cap. xv.

*Causa.* **C**AUSA istius est humiditas multa cerebri, quæ propter multum fletum, descendit ad oculum, & illum inflat. Curetur ergo hoc modo, vt sequitur.

### Linimentum.

*Linimentū.* Recipe, Lycii vnc. j. lactis parum. Misce, & fiat linimentum circa palpebras oculi.

### Vnctio ad idem.

*Vnctio.* Recipe, Carui, origani, pulegii, ana M.β. Bulliant in β. q. aquæ, & vini, & abluantur oculi. Exiccatur enim, & remouet priorem liquorem adhibitum.

## DE ALBVGINE OCULI.

### Caput XVI.

*Causa.* **C**AUSA istius, est humiditas nitrosa, & salsa, adueniens eorum oculis.

### Cura.

*Cura.* **C**URATUR ista ægrotudo, secundum Auicennam in textu, Lauando partem scabiosam oculi, & pruriginosam, cum succo solatri, scilicet, palpebras, & alias partes.

*Lotio.*  
*Alia lotio.* Confert etiam lauare, cum aqua rosarum, quæ omnia habent remittere caliditatem loci, & repercutere.

## DE FEBRE INFANTIVM.

### Caput XVII.

*Observatio* **A**Duertendum, quòd febres aduenientes infantibus, vt plurimum sunt cholericæ: quia lac faciliter conuertitur in choleram, & inflammatur. Vide Arculanum super Auicennam, prima quarti, can. vij. de cura vniuersali febris putridæ: circa istum textum:



textum: Et cum infans lactens febricitat, &c.

### Cura.

CURA eius pro maiori parte circa nutricem habenda, rectificando lac eius, cum rebus frigidis, & humidis.

Dentur ergo nutrici digestina conuenientia, secundum exi. *Dieta.* gentiam materiae facientis febrem.

Dein, si fieri potest, fiat euacuatio in nutrice, cum medicinis *Solutio ale-* conuenientibus, id est, lenimentibus: ut est, casia, manna. *u lenis.*

Non exhibenda sunt fortia solutiua, & ea die, qua accipit phar- *Canon.* macum, non lactet infanté. Circa canones positos supra, de mente Auicennae. Sed alia mulier sana, lactet ipsum.

## DE DOLORE VENTRIS.

### Caput XVIII.

**D**olor ventris in infantibus quandoq; accidit à ventositate *Causa.* existente in intestinis, quandoq; à frigiditate aeris, vel alia causa infrigidante ventrem, quandoque & prouenit à vermibus pungentibus intestina.

### Cura.

CURATUR ergo hæc ægritudo. Primò, cum aqua calida em- *Cura.* brocando ventrem pueri, & cum spongia fomentando. Aperit enim porositates ventris, & ventositate resoluit.

Ad idem valet, accipere oleum commune, cui adiungatur mo- *Oleum.* dicum croci. Et in tali oleo infunde petias, & illas ventri applica.

#### Fomentatio ad idem.

Recipe, Meliloti, chamomillæ, ana Ma. β. anisi, fœniculi, carui, *Fomentatio.* ana M. β. Bulliât omnia in β. aquæ, ad consumptione medietatis, deinde fomentetur locus, id est, venter, cum spōgia, ter, vel quater. Postea vngatur locus, cum vnctioe infra scripta.

#### Vnctio.

Recipe, Olei chamæmelini, liliacei, anethini, ana ʒ. β. Misce, *Vnctio.* fiat vnctio, vt supra.

### Cura.

Cura doloris prouenientis à vermibus, habetur in cura ver- *Cura.* mium.

*Causa.* **C**AUSA istius assignatur ab Auicenna, in textu, dupliciter.  
Vna propter apostema calidum in capite, lædens cerebrum, & vniuersaliter à quacunque re pungente, & lædente cerebrum.

Aliquando accidit propter oppilationes narium, à materia crassa inuisicata, quæ ibidem includitur, & lædens cerebrum, causat sternutationem.

## Cura.

*Cura.* **C**URATUR ergo quantum ad primam causam epithemando caput, à principio, cum rebus infrigidantibus caput, & inungeri ipsum cerebrum. Vnde fiat talis embrocatio, ad caput.

## Embrocatio.

*Embrocatio.* Recipe, Rosarum rubearum, myrtillorum, sumach, balauftii, corticum granatorum, ana M. j. Fiat decoctio in β. q. aquæ. Deinde fomentetur caput, & hoc in principio: & breuiter curatur hæc sternutatio, uti sit cura phrenesis.

*Causa.* Si autem veniat ab oppilatione, apponenda sunt deoppilantia. Vnde Auicenna tale remedium in textu ordinauit.

## Sternutamentum.

*Sternutamentum.* Recipe, Ocymi, basiliconis, ana ʒ. j. β. pulueris sentur subtiliter, & naribus inflentur.

*Notio.* Nota tamen, quod Auicenna in secundo canone, capite de bedarungi, seu ocymo dicit, quod suo odore causat sternutationem: dicens, quod si sternutatio fiat ab apostemate, vel ab aliqua re pungente, ocymum non est conueniens.

Si verò à materia oppilante proueniat, tunc est conueniens.

Ad idem valet caputpurgium  
infra scriptum.

*Caputpurgium.* Recipe, Aquæ maioranæ ʒ. ij. succi blitis, residentia facta vnc. j. nucis moschatæ, caryophyllorum, ana ʒ. β. Misce omnia simul, & fiat caputpurgium. Aperit enim vias narium.

## DE BOTHOR. Cap. XX.

*Bothor quid?* **M**ULTOTIENS apparent apostemata parua in capite pueri, quæ dicuntur bothor: De quorum numero sunt morbilli, & variolæ.

Et quan



Et quandoq; in corpore toto pueri apparent infectiones ru- *Differētia.*  
beæ, absq; apostemate, & hulceratione, vel tuberositate.

Primò enim apostemata, quæ dicuntur variolæ, & morbilli, *Causa.*  
possunt provenire à multis causis. Quarum prima est, vt plu- *Prima*  
rimum residuum sanguinis menstrui, quod post imprægnatio- *Causa.*  
nem, vsq; ad horam partus in venis pueri detinetur, & cum fœtus  
exit utero, fit expulsio talis mēstrui, fortificata virtute ad cutem,  
& fiunt huiusmodi variolæ, & morbilli.

Secunda causa potest esse ebullitio sanguinis, eius putrefa- *Causa se-*  
ctio, & expulsio ad cutem, ex quibus causatur bothor. *cunda.*

Tertia causa est corruptio lactis assumpti, quod inficit san- *Causa.*  
guinem pueri, & expellit ad cutem.

Alia causa potest esse aeris infectio, vel constellatio, istorum *Causa alia.*  
bothor, & morbillorum. *Observa-*

Quidam dicunt, quòd qui vlcerati sunt, sicut in alcola, huius- *tio.*  
modi morbilli sint mortales.

Nam sicut alcola, in vna parte hulcerosa, & maligna est, tātò ma-  
gis morbilli in toto corpore.

Istorum autem quidam dicuntur violacei, & omnes isti sunt  
maligni, quia à materia venenosa, & adusta.

Quidam sunt albi, crassi, & pauci numero, & isti adferunt *Differētia*  
utilitatem magnam: quia per eos euacuatur superfluitas à cor- *inter mora*  
pore. *billos.*

*Curatio*

### Cura.

CVRANTVR isti bothor, seu pustulæ, si sunt sani, quia albi,  
pauci, & satis crassi, & tunc curantur hoc modo.

Dimittatur, vt maturentur, postquam autem fuerint maturi,  
aperiātur cum acu, vt sanies exeat: postquam verò fuerint aper-  
ti, & aliquantulum mundificati, vt non remaneat vestigium, in con-  
solidando debemus vti exiccatiuis subtilibus, qualia sunt ista.

#### Exiccatiuum

Recipe, Rosarum rubearum, myrtillorum, foliorum arbo- *Exiccatiuū*  
ris mastiches, quæ dicitur lentiscus tamarisci, ana quantū volue-  
ris. Bulliant in β. q. aquæ, & cum illa aqua lauentur variolæ, &  
morbilli.

#### Vnctio ad idem.

Recipe, Olei Rosarum, mastiches, myrtini, ana ꝑ. β. Misce, fiat *Vnctio.*  
vnctio.

Vbi autem factò hulcere apparet sanies crassa, abstergatur

primò sanies, cum aqua mellis, in qua ponatur modicum salis.

Vbi autem sanies sit valde crassa, & multa: tunc fiat absterfio, cum aqua salis, de baurach.

Hoc facto, consolidentur hulcera morbillorum, cum exiccatis iam dictis, & potest fieri talis puluis, ad consolidationem.

Puluis.

*Puluis.* Recipe, Thuris, mastiches, rosarum rubearum, myrtillorum, sarcocollæ, ana ʒ.ʒ. Misce, fiat puluis. Facta cōsolidatione, aspergantur hulcera isto puluere ad consolidandum.

*Canon.* Quandoq; contingit vlcere verè consolidato, quòd caro veficatur. Vnde conueniunt lotiones repercussiuæ, & desiccatiuæ.

*Cura.* Facta autem mundificatione, cōuenit vnguentum de cerussa, secundum Auicennam, capite proprio.

*Cura.* Quandoq; apparent in pueris infectiones rubæ, & istæ proueniunt ex ebullitione sanguinis, à quo pars subtilior exit ad cutim, & tunc experimentum est, vt ponatur sulphur puluerisatum, cum aqua rosata, & lauetur locus infectus. Et hoc experimentum ponit Guilhelmus de Placentia, in capite de asahari.

## DE TUMORE INGVINVM.

### Caput XXI.

- Cura.* **P**RO cura istius sciendum, quòd huiusmodi tumor adueniēs propter nimium flatum, prouenit quòd ex ruptura syphac corrūpens intestina, quando extenditur, & dilatatur, & facit circa inguina tumorem, fissuras, & rupturas, & quandoque descendit ventositas ad locum illum, & humiditas sine ruptura, & facit illic tumorem. Quandoque verò rumpitur syphac, & intestina illa descendunt, & ex tunc, absque quòd aliquid descendat ad bursam testiculorum, & tunc vocatur ruptura inguinis.
- Observatio.*
- Notio.* Quando autem non rumpitur, sed dilatatur didymus, & foramen ipsius syphac, qua dilatatione facta, descendunt ad bursam testiculorum aliquando intestina, aliquando aquositas, aliquando zirbus: & tunc dicitur hernia, vel ramex. Vnde differentia est inter herniam, & rupturam syphac. Quia in hernia, & ramice, descendit aliquid ad bursam testiculorum, & intumescit bursa: In ruptura autem non descendit, sed remanet tumor.

*Cura.*



## Cura.

CURA autem huiusmodi tumoris perficitur infrà scriptis *Cura.*  
remediis.

Recipe, Ameos vnc. semis. Albuminis oui. Misce, deinde ponantur super petiam, & ponatur super tumorem, & ligetur ligatura satis forti.

Hoc enim remouet laxitatem syphac, exiccando, & stringit foramen ne aliquid descendat.

## Aliud.

Recipe, Lupinorum amarorum vstorum drach. 2. Bulliant in *Aliud.*  
β. q. vini rubei, styptici, vsq; quò ferè dissoluatur. Deinde pistentur simul, & cum albumine oui reducatur ad formam linimenti, & applicetur vt suprà.

## Emplastrum aliud.

Recipe, Balaustrarum 3. x. Gallarum 3. v. Puluerifentur subtiliter, & cum glutine piscium dissoluto in aceto. Fiat emplastrum quod applicetur, vt suprà. *Emplastrum.*

## Emplastrum aliud.

Recipe, Corticum mastiches cupressi, & nucū eius, aloes, sarcocollæ, ana 3. j. glutinis piscium 3. j. β. gluten cum aliis gummis dissoluatur, & reducatur ad formam emplastri, quod apponatur, vt suprà, extensum super alutam, vel corium. Constringit enim fissuram, & rupturam consolidat. *Emplastrum.*

## Ad idem valet.

Si accipiatur aliquod gluten, & dissoluatur in aceto, & extendatur super corium. sanat enim rupturam in infantibus, & non in adultis, quia syphac est membrum spermaticum, quod non consolidatur in adultis.

## DE APOSTEMATE VMBILICI, &amp; eius tumore, in puero.

## Caput XXII.

Causa istius est, cum incinditur umbilicus, accidit dolor magnus, propter quem attrahuntur humores ad locum, & fit *Causa.*  
apostema.

Quandoq; verò aduenit dolor, & causatur eminentia umbilici, absq; apostemate: cuius causa est ventositas, vel humiditas adueniens loco.

Cura,

## Cura.

*Cura.* CURA istius apostematis est, vt prohibeatur quantum possibile est, quòd non maturetur, sed in principio ponantur repercussiuæ: sicut oleum rosarum, vel myrtinum, vngendo locum, vel faciendo emplastrum tale.

## Emplastrum.

*Emplastrũ.* Recipe, Rosarum rubearum, corticum thuris, corticum granatorum, corticum myrtillorum, ana ʒ. j. Puluerisentur, & cum olei rosarum ʒ. j. & parum aceti fiat emplastrum.

Emplastrum ad resoluendum ipsam,  
& ventositatem.

*Emplastrũ.* Recipe, Spicæ celticæ ʒ. ij. Puluerisentur, & cum terebinthinæ q. ʒ. reducatur ad formam emplastri, quod positum super locum, resoluit ventositatem, & humiditatem. Rhazes circa tumorem vmbilici facit hoc remedium infrà scriptum, & expertum.

## Emplastrum Rhazis.

*Rhazes.* Recipe, Lupinorum combustorũ, panni de lino combusti, ana drach. ij. Puluerisentur, & cum albumine oui, reducantur ad formam emplastri. Et extensum super corium, ad quantitatem eminentiæ, apponatur, & fortiter ligetur.

DE VIGILIIS INFAN-  
tium. Cap. XXIII.

*Causa.* CAUSA istarum est, nimia ingluuies, & auiditas, ad assumentum lac.

Vnde quandoq; infans suscipit lac, plus quàm digerere potest, & corrumpitur stomacho: Et ad cerebrum effumās pungit illud, & facit vigiliæ.

Quandoque verò accidit, propter vermes pungentes stomachum, & intestina.

## Cura eorum est.

*Cura.* Vt reuocetur somnus meliori modo, quo possibile est. Vnde Auicenna ponit quatuor remedia infrà scripta.

## Linimentum.

*Linimentum.* Recipe, Corticum papaueris albi. Puluerisentur subtiliter, & cum aqua rosata, & lacte, ana q. ʒ. fiat linimentum circa tempora, frontem, & commissuram coronalem.

Aliud.



## Aliud.

Recipe, Seminis papaueris albi ꝑ.j. Puluerifetur subtiliter, & Linimentum.  
eodem modo, quo supra, fiat linimentum.

## Aliud.

Recipe, Olei de lactuca ꝑ.j. ꝑ. liniatur frons vt supra. Linimentum.

## Aliud.

Recipe, Olei papauerini ꝑ.j. liniatur frons vt supra. Aliud.  
Attendendum, quòd ex omnibus supra scriptis potest fieri talis medicina. Observatio.

## Vnguentum.

Recipe, Olei papaueris albi corticum eiusdem, ana ꝑ. ꝑ. Puluerifentur subtiliter, & cum oleo papauerino, & oleo lactucæ, ana q. ꝑ. fiat vnguentum, quod locis supra scriptis applicetur. Vnguentum.  
Quandoque autem adeò inducuntur vigiliæ, & fletus, vt cum istis remediis leuibus, somnus induci non possit. Vnde mulieres veniunt ad opiata, & distemperatur cum lacte, & est vnum opiatum magis vsitatum. Canon.

Accipiunt enim de requie Nicolai, ad quantitatem fabæ, & Cura.  
dissoluunt cum vno cochleari lactis, & exhibent.

Aduerte tamen, quòd non, nisi urgente necessitate multa huiusmodi remedia sunt applicanda pueris, quia habent cerebra nimis humida. Vnde periculum esset, ne incurrant epilepsiam, vel apoplexiam, vel ægrotudines similes. Regula.

Ideo cura melior est, regere nutricem, alterare lac, cum frigidis, & humidis: non tamè multum excessiue, vt lactuca, & similia.

## DE SINGVLTV.

## Cap. XXIII.

Causa potest esse læsio oris stomachi, vel ab aliqua re frigida, puta, à materia phlegmatica, existente in stomacho, vel ab aere frigido. Quandoque etiam est à læsione stomachi facta à corruptione lactis. Causa.

Quandoque à cholera mordicante os stomachi: & potest esse duplex, scilicet, de inanitione, & repletione.

De repletione, vt multitudo alicuius materiæ. De inanitione, fit à rebus nimis exiccantibus, siccis, à nimia euacuatione quocunq; modo facta vel à caliditate nimia febrili.

## Cura istius.

Quando est à repletione phlegmatis, vel lactis, vt prouocetur vomitus. Cura.

*Cura.* vomitus, cum facilitate premendo radicem linguæ, & imponendo pennâ intinctam oleo leuiter, circa guttur, vt euomat quod est in stomacho, replens ipsum. Si autem prouenit ex corruptione lactis, vel à cholera, præmissò vomitu, exhibeatur tale remedium, per Auicennam ordinatum.

#### Iulep.

Recipe, Nucis Indicæ puluerisatæ ℥. j. cum saccharo dissoluto, in succo cydoniorum, fiat iulep spissum. Et de isto exhibeatur cochlear vnum, vel duo successiue. Valet enim maximè in singultu, à materia cholericâ, vel lacte corrupto. Et facere vnum suppositorium ex melle, post huiusmodi medicinam, est maximè conueniens. Si autem à multitudine lactis, propter gulositatem, tunc facto vomitu nutricis, procedit in exhibendo lac, diuidendo. Et non permittat infantem trahere maximam quantitatem lactis, in vna vice.

#### Cura.

*Cura.* CURA autem illius, qui prouenit ex inanitione, est vt procedamus cum humectantibus, & infrigidantibus.

## DE VOMITV SVPERFLVO.

### Caput XXV.

*Causa.* **C**AUSA istius quandoq; est maxima suctio lactis. Quandoque est materia phlegmatica, delata à capite ad stomachum. Quandoque est materia cholericâ, petens os stomachi ab hepate.

#### Cura.

*Cura.* CURA ergo quando prouenit à multitudine lactis, est vt prohibeatur à maxima lactis suctione, si lactare conuenit. Si est à phlegmate, vel cholera, vel lacte corrupto, confortetur stomachus cum infra scriptis, postquam euomuerit.

Linimentum, quando est à causa frigida.

*Linimentum.* Recipe, Olei mastichini, de spica, de absynthio, ana vnc. semis, mastiches, spicæ, corticû thuris, caryophyllorum, ligni aloes, ana drach. semis. Pulueriscentur puluerisanda subtiliter, & cum cera q. β. fiat linimentum.

Ad idem valet, si in suprâ scriptis oleis calefactis infundatur succida lana, & aliquantulum expressâ, ponatur supra stomachum.

Si au



Si autem causa vomitus sit cholera, facta euacuatione, stringatur vomitus, cum hac inunctione, vel emplastro.

Inunctio in calida causa.

Recipe, Olei rosarum, myrtini, cydoniorum, ana vnc. j. rosa-  
rum rubearum 3. j. sandalorum, coralliorum rubeorum, corian-  
dronum præparatorum, ana 3. j. Puluerifentur puluerifanda, &  
cum dictis oleis fiat linimentum, sine cera, vel cum cera fiat unctio.

DE DEBILITATE STO-  
machi. Cap. XXVI.

Causa istius, ut colligitur ab Auicenna, potest esse raritas  
texturæ stomachi, & ista est deterior aliis.

Potest etiam esse ex parte cuiuscunq; malæ qualitatis, seu com-  
plexionis stomachi, maximè autem humidi, & frigidi.

Cura.

CURA si contingat ex raritate texturæ stomachi, tunc debe-  
mus procedere cum iis, quæ adiuuant partes stomachi. Vnde per  
exteriora fiant infra scripta.

Oleum.

Recipe, Olei cydoniorum mastiches, absynthii, ana ʒ. ij. Misce,  
& infundantur petiæ, in tali oleo calido, & applicetur stomacho.

Per superiora autem fiant hæc remedia infra scripta.

Recipe, Moschi grana iij. Dissoluantur in succo cydoniorum seu  
aqua rosarum q. ʒ. Et de isto liquore ponatur in ore infantis. Nam  
moschus sua aromaticitate, & stypticitate confortat stomachum.

Liquor ad idem.

Recipe, Succu cydoniorum, facta residentia ʒ. v. sacchari taber-  
zeth ʒ. j. Bulliant ad inuicem, deinde facta ebullitione accipiatur  
sex, vel septem grana caryophyllorum, & ligentur in petia linea,  
subtili, & infundatur in liquore supra dicto, & exprimatur, dein-  
de de prædicto liquore detur cochlear vnum pro vice. Ad idem  
valet, si scrupulus vnus gallæ moschatæ puluerifetur, & eodem  
modo infundatur in prædicto liquore, & fiat ut supra.

DE SOMNIIS TERRI-  
bilibus. Cap. XXVII.

Causa istorum (secundum Auicennam) est nimia repletio lactis  
corrupti, effumantis ad cerebrum, & inducētis diu insomnia.

Cura.

## Cura.

*Cura.* CURA istorum secundum ipsum est, vt stante tali repletione, prohibeatur puer à somno, & à nutrice remoueatur hinc inde, ita quòd somnus prohibeatur vsq; quò lac descenderit.

*Mel.* Recipe, Mellis puri cochleare semis, pro vice, & exhibeatur infanti. Nam abstergit stomachum, à lacte, & expellit ad inferiora.

Item faciendo suppositoria ex melle. Nam trahunt ad inferiora lac corruptum.

*Rhazes.* Rhazes in libro experimentorum vocat hanc ægritudinem, matrem puerorum.

## DE APOSTEMATIBVS accidentibus intra os, & gut- tur, & dicitur species synanches.

## Cap. XXVIII.

*Causa.* CAUSA istius vt plurimum est à materia descendente à capite ad guttur, quæ est mista ex cholera, & phlegmate.

## Cura.

*Supposito-  
ria.* CURA huiusmodi est, soluere ventrem cum supposito-  
rio facto ex melle cocto, cum modico puluere hieræ simplicis. Dein accipere rob de moris immaturis, vel succum eorum, & pone in ore pueri, cum modico lactis. Et confert etiam exhibere diamor-  
ron, ordinatum à Mesueo, quod fit ex moris immaturis in prin-  
cipio, cum modico lactis. Vel accipe modicum syrapi myrtini,

*Syrupus  
myrti-  
nus.* & exhibe cochlear semis, vt supra, pro vice, cum lacte. Exterius autem conuenit inungere partes gutturis, cum oleo amygda-

*Oleum.* larum dulcium, & violarum, simul mistis, ana partes æquales. Et hæc sunt remedia, quæ conueniunt à principio ægritudinis huiusmodi.

*Canon.* In cæteris autem partibus, procedatur secundum quod proceditur in synanche. Et fortè Auicenna per huiusmodi causam intellexit in textu synanchen.

DE



## DE OREGMONE, QVANDO puer dormit, aliàs oscitantia.

### Caput XXIX.

**O**Regmon in infantibus accidit à materia phlegmatica, subtili, & aquosa, sapiente aliquid viscositatis, cui obuians aër supercalefactus in corde causat ipsum sonitum. *Causa.*

### Cura istius est.

**A**CCIPE Semē lini, & misce cum melle, aliquantulum decoquendo, & exhibe cochleare semis infanti pro vice. Nam ratione mellis abstergit viscositatem, existentem in canna pulmonis: & ratione seminis lini, applanat cannam. Et si materia esset crassior, fiat hoc remedium. *Cura.*

### Mistura.

Recipe, Seminis lini, subtiliter pulverisati drach. semis. mellis cocti parū. Misce, & detur infanti cochleare semis, pro vice, cum modico lactis lambendo. *Mistura.*

## DE VENTOSITATE INFANTIS in capite. Cap. XXX.

**C**ontingit aliquādo in capite infantis, ventositas multa, ex-tendens panniculos cerebri, & cutem capitis, & contrahitur à puero, multa humiditate crassa existente in capite, & viscosa, obtundente calorem naturalem cerebri: vnde humiditas illa conuertitur in ventum. *Causa.*

### Cura eius est talis.

Recipe, Origani, cymini, castorii, ana scrup. β. Pulueriscentur subtiliter, & de isto puluisculo dentur grana iij. dissoluta in lacte nutricis modico, & exhibeatur. *Cura.*

Notabis hic, quòd ista ventositas potest generari, à calido di-minuto, & sic generatur subtilis ventositas. *Canon.*

Aliquando generatur crassa, & fumosa, à vehemēti caliditate, faciente ebullitionem in illa humiditate crassa. De qua ventositate loquutus est hic Auicenna: In cuius cura conueniunt subscripta. De secūda mentionem fecit idem prima terti, capite de araxa, à ventositate, in capite proprio. *Causa.* *Alter.*

## Cura.

*Cura.* PRO cuius cura dat remedia frigida, ad extinguendum vehementiam caloris. Vnde applicat rosas rubeas, & huiusmodi in-  
frigidantia.

DE EXITV ANI, SEV IN-  
testini. Cap. XXXI.

*Causa.* CAUSA huius est lubricitas ventris, propter humiditatem de-  
scendentem, quæ mollificat musculos ani: vnde quoties-  
cunque assellat, exit anus, & post secessum, remanet multotiens  
extra, & cum maxima difficultate potest intromitti. Ita taliter  
extra induratur, vt ex se retrahi nequeat.

*Decoctio  
maluæ.* Tunc in isto casu, obstetrix, vel nutrix lauet anum, cum deco-  
cto maluæ, vt mollificetur, leniatur, & intromittatur. Et si perse-  
ueret exitus ani, fiat sequens remedium.

## Balneum.

*Balneū.* Recipe, Rosarum rubearum, myrtillorum, sumachii, malico-  
rii, id est, corticum granatorum, balaustiorum, gallarum, nucum  
cupressi, ana drach. j.  $\beta$ . Contundantur parum, & bulliant in suf-  
ficienti quantitate vini nigri, & Pontici. Deinde sedeat infans si  
potest, in hoc balneum. Et si nō potest, accipiat nutrix spongiam,  
& infundatur in tali liquore, & applicetur ano, postquam intesti-  
nū est intromissum. Et antequā intromittatur, lauetur anus, vel  
illud quod exit, cum prædicta decoctione, & tūc vngatur anus cū  
oleo omphacino, & myrtino, & desuper apponatur puluis iste.

*Oleum  
ompha-  
cinum.  
Puluis.*

## Puluis.

Recipe, Corticum granatorum, rosarum rubearū, balaustio-  
rum, myrtillorum, ana drach.  $\beta$ . Puluerisentur subtiliter omnia,  
& de isto puluere aspergatur anus, deinde intromittatur, & post-  
quam intromissus est anus, fomentetur, suffumigetur, cum præ-  
dicta decoctione.

## DE TENASMONE.

## Cap. XXXII.

*Causa.* TEnasmon in pueris vt plurimum accidit ex frigore.  
Cura est.

*Cura.* Recipe, Origani, cymini, ana drac. ij. Puluerisentur subtiliter,  
& cum



& cum butyro veteri liquefacto misce, & liniatur anus cum tali liquore.

## Ad idem.

Recipe, Per anum fumum decoctionis origani, calaméthi, rutilæ, pulegii. Infundatur spōgia in tali liquore, & applicetur ano. *Liquor.*

## Aliud.

Recipe, Lini, melegetæ, & eius grana, ana Manip. j. Bulliant in vino rubro, & ponantur in sacculo, & applicentur. *Linimentum.*

## DE VERMIBVS. Cap. xxxiii.

Quidam sunt vermes in ventre puerorum, parui, rotundi, & nascuntur vt plurimum in intestino recto: quidā sunt longi, quidam sunt lati. *Quottupliciter vermes.*

Primi nascuntur in intestinis inferioribus: secūdi in superioribus: tertii in mediis intestinis.

## Cura est talis.

RECIPE Pulueris sementinæ: & fit ex herbis valde amaris: qualis est centaurea, semé centonici: & de isto puluere accipiatur drachma j. cum lacte: & exhibeatur infanti. Fiat etiā vnctio contra vermes, hoc modo, qua vngatur venter pueri. *Puluis.*

## Vnctio.

Recipe, Olei de absynthio, de amygdalis amaris, ana vnc. j. absynthii, menthæ siccæ, pulegii, ana drach. ꝑ. radice dictami, tormentillæ, zedoariæ, ana scrup. j. Puluerisentur puluerisanda, & cum modica cera fiat inunctio, cum qua vngatur venter. *Inunctio.*

## Aliud.

Recip. Florum absynthii, marrubii, persicorum, ana Manip. j. Pistentur huiusmodi res recentes, deinde ponantur supra tegulam calefactam, & aspergantur aceto forti, & postea inungatur supra ventrem. *Vnguentū.*

## Emplastrum.

Recipe, Foliorū absynthii, persicorum, ana Manip. j. ꝑ. seminis nigellæ, sinapi, ana ꝑ. j. zedoariæ ꝑ. ꝑ. tormentillæ, dictami albi, ana Manip. ꝑ. Bulliant omnia simul in ꝑ. q. aquæ, ad perfectā decoctionem. Deinde pistentur in mortario, & cum oleo de absynthio, & oleo amygdalarum amararum, reducatur ad formam emplastri, & superponatur ventri. *Emplastrū.*

## Ad idem valet.

Clystere ex lacte solo. Similiter ex melle cocto suppositorium. *Clystere suppositorium.*

LEON. FAVEN. DE MORB. PVER.  
 DE EXCORIATIONE CO-  
 xarum. Cap. XXXIII.

*Causa.* **M**Ultotiens accidit excoꝛiatio in coxis, propter fæces, & vri-  
 nam, quæ retinentur in illis partibus, cum infantes sunt  
 fasciati.

**Cura.**

*Curatio.* **C**URA primò est abstergere, si quid saniei est, & prohibere  
 excoꝛiationem. Vnde lotio illius partis, cum aqua rosarũ solũ  
 est conueniens: & lotio facta ex lacte.

*Lotio.* **L**otio facta ex lacte.  
*Inunctio.* Similiter inunctio cum oleo rosarum, & cum aqua myrti.  
**Ad idem valet.**

*Liquor.* Si accipiatur myrtus, & puluerifetur subtiliter, post lotio-  
 nem aspergatur supra locum vlcera- tum. resoluit enim, & cutem  
 condensat.

**Ad idem valet.**

*Linimen-  
tum.* Farina lentium, farina hordei, mista cum oleo rosarũ, ad mo-  
 dum linimenti.

**Vnguentum.**

*Vnguen-  
tum.* Recipe, Vnguëti cerussæ, vnguenti de lithargyrio, ana vnc. ß.  
 Remolliatur cum oleo rosarum, & omphacino. Et inungatur  
*Observa-  
tio.* locus excoꝛiatus, & ita curabitur. Attende, si nõ habeatur oleum  
 omphacinum, fac oleum de rosis immaturis, vt ex oleo rosato.

F I N I S.



DE EADEM TRA-  
CTATIONE APPEN-  
DICVLA, HAUD MINVS  
FRVGIFERA, PER GEORG.  
KHVFNERVM.

AD STRICTAE, QVIN  
& solutæ nimium alui pusio-  
num remedia.

Caput I.

Aluus adstricta.



QVOD si durior, & adstrictior sit infantis aluus, *Aluus ad-*  
mel cibo adiectum dabimus. *stricta.*

At si nec sic quidem deiicit, nec oletū facit, re- *Si puerulus*  
sinam terebinthinam, ciceris magnitudine adii- *egre cum-*  
ciemus. *mat.*

Medelæ, quibus in excernendi difficultate peculiariter utimur *Aegineta.*  
ego, & parés, sunt hæ. Balanus nimirum ex sale, & melle cōfectus. *lib. 1. cap. 6.*

Aliud.

*Balanus.*

Recipe, Porrum, & remota radice, quadripartitò discindatur, *Glandes.*  
& super quamlibet particulam proiciantur terna salis grana, &  
glandis instar administretur, sede prius illita rhodino tepido, si  
quidem promptè stercus extorquet.

Quandoque sum vsus eiusmodi clysterio, quod citra noxam  
oletare facit.

Recipe, Oliui veteris purissimi drach. x. sacchari rubei 3. j. s. *Enema.*  
luteum oui recens nati j. salis parum. Misce, fiat enema.

Ventrem quoq; leuat epomphalion subsequens. Iuglandis pu *Epompha-*  
tamen impleatur butyro, quod umbilico tenus admoueatur. In *lion.*  
uncto prius toto ventre subscripto diachrifinate. *Diachris.*

Recipe, Olei amygdalini dulcis, butyri recentis, ana drach. iij.  
Misce simul, liquefacto prius butyro, & fiat vnctio.

*Paulus* Ad mouendam aluum Aeginetanum remedium: Si nihil deii.  
*Aegineta.* ciat, aut excernat puer, aluus ipsa, melle in formam balani reda-  
*Balanus.* cto, leniter iritetur.

*Nepita.* Prodest etiã nepita, seu calamintha trita, atq; cum melle illita.

*Calamintha.* Pro constipatis.

*Vnguentum mollitiuũ.* Aluum emollit vnguentum mollitiuum, sequens.

Recipe, Adipis gallinæ, adipis anseris, anatis, butyri recentis, ana 3.iiij. olei chamæmelini, lilini, amygdalini, ana 3.iiij. medullæ vitulinæ 3.ij. cum competenti pondere ceræ, fiat ad modum vnguenti. Quo pectus, latera, & venter, mane, & sero perungatur.

Lenitio ventris.

*Hauftus* Recipe, Lactis vaccini q. v. adde sacchari taberzeth, & ede.

Euacuatio Decennialibus competens.

*Mistura* Recipe, Carnium ficuum pinguium, passularum enucleatarũ, ana 3. j. iuiubarum exossatarum, num. x. medullæ castiæ fistulæ optime ʒ. β. electuarii de sebesten, diaprunis: omnium solutiouũ, ana 3. iiij. cum conditura de chebulis, vel emblicis. Fiat mistura: dosis, drachma j.

Vnguentum stomachale, faciens secessum.

*Vnguentũ stomachale* Recipe, Aloes succotrini, dictami, gentianæ, sementinæ, seminis portulacæ, fellis tauri, ana 3. j. scammonæ ʒ. j. Omnia cũ butyro incorporentur. Ex hac mistura impleatur testa nucis, & vmbilico adplicetur, & alligetur. Facit secessum, & est mirabile.

Pastilli cathartici pro pueris.

*Pastilli cathartici.* Recipe, Foliculorum senæ ʒ. xiiij. zingiberis albi, polypodii, liquiritiæ, manni granatæ, ana 3. j. β. caryophyllorum electorum, cinamomi interioris acuti, rhæobarbarici electissimi, seminis anisi, & fœniculi, ana 3. j. sacchari lotones ij. Fiat confectio in rotulis, saccharo in aqua betonicæ dissoluto, & deaurentur. Dosis respectu ætatis.

Iulepus lenitiuus.

*Iulepus lenitiuus.* Recipe, Iulepi violati, iuiubini, ana ʒ. ij. β. aquarũ maluæ, betonicæ, scabiosæ, ana ʒ. ij. vel v. dissoluatur in eo diaprunis simplicis, electuarii lenitiui, de sebesten simplicis, diacatholiconis, castiæ fistulæ cum manna, ana 3. j. Potest tertia pars huius recepti præparari: Misce supra dicta singula, fiat potus, de quo mane & sero, cochlearia duo vel tria, vel etiam quatuor bibat.

Cura



## Cura in puella septennali, multum constipata experta à me nuper.

Recipe, Florum chamomillæ part. iij. fœnigræci, lini, ana parum. *Clystere.*  
 Bulliant in brodio gallinæ, vnica bullitione, post coletur. In colatura ponantur muscilaginum communium ℥. β. olei liliacei, butyri recentis, ana ℥. j. β. florum casia iam recens extractæ ℥. β. vel 3. iij. falsuginis parum, vel 3. iij. Fiat clystere, ad uncias decem vel quindecim aut paulò plus.

## Ad duritiem, &amp; constipationem ventris.

Recipe, Ficum, passularum, sebesten, iuiubarum, prunorum, *Potus.*  
 tamarindorum, casia, ana parum. Fiat decoctio in aquis boraginis, & buglossæ q. β. Coletur, & in colatura dissoluantur electuarii lenitiui, diacatholiconis, casia cum manna magistrali, ana ℥. β. Misce, fiat potus ad tres haustus, capiat singulis noctibus circa mediam noctem haustum vnum.

## Ad Torsionem ventris.

Recipe, Maluæ, nasturtii, parietariæ, hederæ, florum chamomillæ, furfurum triticeorum, farina fœnigræci, radicis euisci, chartami, ana manip. β. Ponatur in sacculo, & fiat decoctio pro *Torsio ventris.*  
 balneo. *Sacculus pro balneo.*

## Dolor ventris.

**OLEVM** ad immensum vètris puerorù dolorẽ expertissimũ. *Dolor ventris.*  
 Recipe, Oleorum anethini, chamæmelini, ana 3. vj. vel 3. vj. o. *Oleum a= nodynum.*  
 lei ruthacei, styracis liquidæ, ana 3. iij. vel 3. iij. pulueris cymini 3. ij. vel 3. ij. Bulliant omnia vna bullitione, deinde coletur, & vsui referuetur. Et quando oportuerit, vngatur locus dolorosus, & expertum est.

## Nimium alui profluuium.

**EGESTIONEM** nimiam sistentia medicamina. *Epithema constrictiuum.*  
 Si tamè aluus plus satis profluit, fiat epithema constrictiuum, concinnatũ de farina triticea, puluere arnoglossæ, vel cétinodii, vel pulicariæ, cum exiguo aceri, necnõ albuminibus, adiecto puluere rosarũ, thuris, mastiches, boli Armeni, sanguinis draconis, absynthii, costi, balauitii, & similium, feruefiant omnia in β. q. aquæ pluuialis, vltra dimidii excoctionem: quo decocto venter imus epithemetur, fomentetur, & balneetur.

Itẽ accipe duas partes consolidæ minoris, de plâtagine, & lan. *Emplastrũ.*

ceolata, ana 3. j. & cum succis distempera gliffem, siue leucargillon, & fac in modum emplastri: malaxando inter manus, & super imponatur vmbilico. Quippe mirandum in modum foriolis auxiliatur.

Porro lubrico pueruli ventri milium impendioquàm conspescendo prodest.

*Dysenteria.*

## Dysenteria Puerorum.

Pro Dysenteria puerorum salsa.

*Salsa.* FIAT salsa ex granis, seu fructibus, vulgo elssember dictis. Addendo sacchari penidiati, & puluisculo de corallio rubro, & nucis moschatæ. Necnon sandali rubri, ana debitam portionem, & est expertum pro pueris aluinis.

Cura experta in nobili quodam puero nouennali, qui dysenteriam sæuisime patiebatur.

*Haustus.* Decoquatur in primis vesicæ antacæ, id est hufonis, frustum vnum in vino rubello, duabus, vel tribus bullitionibus: bibatur de eo.

*Tragea.* Utendum in cibo, & potu sequenti tragea. Recipe, Specierum diacameron ꝑ. iiij. boli Armeni 3. β. mastiches, rasuræ eboris, corallii rubri, ana ꝑ. j. sacchari penidiati vnc. iiij. Fiat tragea, bibatur ex lacte amygdalino, vel vino nigro.

Aliud ad idem.

*Lac restrictiolum.* Recipe, Silices fluminis, numero iiij. Igniantur, & extinguantur cum aqua, in qua bulliat vesica hufonica, vnciaria portio, & cum illa aqua fiat lac amygdalinum, cui apponantur albumina ouorum bene agitata, numero iiij. & optime sistit profluuiū alui.

Potus æquiualens superioribus.

*Haustus.* Recipe, Foliorum querci, tapfi barbati, spicæ nardi, ana Ma. j. *Canon.* Decoquantur in aqua, & bibat. Edat mane, & nocte castanæ quantitate saccharum berberorum. Post modicum bibat de syrupo acoris citri, & de agresta. Et continuet sic per octiduum.

In dysenteria expertissima cura.

*Zedoaria.* Manè edat zedoariam, & diu in ore contineat, post deglutiat. Potus ieiune sumendus.

*Potus.* Recipe, Aquarum ruthæ, aquarum absynthii, abrotani, ana Aqua de = 3. j. pulueris dictami albi 3. j. Misce, sumatur ieiune, & quandiu potest superieiunet, vel bibat aquam decoctionis abrotani, & dictami. Per hebdomadam bibat, semper in mane haustum.

Puerorum



Puerorum dysenteriam sine dubio abarceat.

Recipe, Acedulam, infusam in aceto forti, inuolue in stuppis, *Potus.*  
aceto intinctis, & coque sub prunis, postea extrahe succum, & da  
ipsum bibere. Sic quidam curabit omnes dysentericos.

Aliud pro pueris.

Recipe, Hepar bubulum, aut arietinum, seu mutonium, tor- *Potus alius.*  
refactum assando tantum, vt pulverari queat: detur cum lacte cha-  
lybeato, vel in quo flores verbasci bullierint: est expertissimum.

## AURICULARIS MORBI

### Remedia. Cap. I I.

**Q**Vorum aures humectationes obtundunt, easdem lana, ex *Aurium vò*  
alumine indita, commodè licebit *refacere*, vel *œnome-*  
lite, quod ex vino mulso, seu lustrico, in aurem instil *Lyacinium.*  
lato, siccare, & eluere. *Instillatio.*

Nec abs re fuerit, crocum ex mero tritum, stillatim irrorare. *Alia instilla-*  
*latio.*

## EXITVS, ABSCESSVVM-

### que ani medicatio. Cap. I I I.

Contra exitum ani expertum.

**L**iniatur anus prominens pice liquefacta, & superadsperso *Glandes.*  
pulvere aloes, intrudatur: & est sapius expertum.

Ad apostemata ani.

Recipe, Vitellum oui decocti ʒ. & pistetur cum tragacantho, *Emplastrum.*  
oleo rosarum, syrupo rosarum. Fiat emplastrum.

Aliud ad idem.

Recipe, Summitatum papaueris albi, hyoscyami, portulacæ, vi- *Emplastrum.*  
tellum oui, micæ panis, olei rosarum, fiat emplastrum.

Aliud vt supra.

Recipe, Seminis lini, fœnigræci, gummi Arabici, foliorum can *Emplastrum.*  
lium, olei chamæmelini q. s. fiat emplastrum.

Ad exitum ani, vel intestini recti.

Recipe, Mastiches, thuris, nucis cupressi, antimonii, corticum *Pulvis ad*  
granatorum, balaustiorum, glandium, ana ʒ. ij. Misce, fiat pul- *prominentiã*  
uis: Et vtere, quia bonum. *Coli.*

Alius pulvis ad idem.

Recipe, Testarum concharum, vitrioli Romani, albi Græci, *Pulvis ad*  
ana drach. j. Fiat pulvis inspersorius. *idem.*

## Vnguentum ad idem.

**Vnguentū.** Recip. Aloes, thuris, bdellii, ana 3 β. thuris masculi, id est, olibani 3. j. pulueris cōtra ficus ani, vt infra 3. j. cerussæ 3. ij. pinguedinis anatis, ardeæ, olei rosati, q. β. Fiat vnguentum. Addito parū ceræ.

## Ad idem aliud vnguentum.

**Vnguentū.** Recip. Oleorū chamomillæ, anethini, violacei, ana 3 β. pinguedinis anatis 3. iij. vitellorū ouorū, num. j. β. tutiæ preparatæ 3. j. cerussæ, lithargyrii abluti, ana 3. β. croci gr. v. ceræ q. β. Fiat vnguentū.

## Pulueris contra ficus ani descriptio talis est.

**Puluis, ad** Recipe, Axungia porcina antiquæ, axungia cerui, ana. Dissycofes, & soluantur lento igne, deinde incorporentur, cum eis puluis cævnguentū nobrii. Inungatur, expertum est.

## Ad exitum ani.

Reci. Sanguinis draconis, terræ sigillatæ, aluminis rochiæ, tormētillæ, hypocisthidos, pyrethri, gallarū, atramēti sicci, thuris masculi, ana 3. j. fiat puluis, axungia porcina nō salitæ q. β. Fiat vnguentū.

## Pruritus ani.

## Contra pruritus, &amp; dolorem ani.

**Vnguentū.** RECIPERE, Thutiæ lotæ, rosarum, cerussæ, plumbi vsti loti, ana partem j. croci part. iij. vitelli ouorum aisi partem j. olei rosarum q. β. Fiat vnguentum, quo liniatur locus.

## Contra idem.

**Lauaciū.** Sessio decoctionis acetosæ, lapatii, malux, violariæ, fumiteræ, meliloti, & lupinorum, quoniam sedat, abstergit, & resoluit.

## Aliud vnguentū mirabile, sedans dolorem ani.

**Vnguentū.** Reci. Lithargyrii, amydi, ana 3. viij. cerussæ 3. ij. ceræ 3. iij. butyri, pinguedinis anatis, ana 3. ij. olei sesamini, q. β. p vnguento molli.

## Ficus ani.

**Ficus ani.** PVLVIS hermodactylorum, & limaciarum suppositus valet.

**Pessarij.** Contra ficus ani expertum vnguentum.

**Vnguentū.** Recipe, Sepi ceruini. Dissolnatur lento igne. Exinde adde adipem ardeæ. Incorporetur, & formetur vnguentum, adplicetur.

## Contra sycofes in ano puluis expertus d. V. Peyfferi.

**Puluis V. Peyfferi.** Recipe, Gallarum (melius opinor gallæ omphacitidis) q. v. Teratur in puluerē, adde oxyrhodini, id est, aceti rosati. Et téperentur simul. Superponatur loco dolēti, vbi sycofes apparēt, & quotiescūq; inauerit, denuò ex dicto liquore acido rursus irrigetur,



tur, & subliuido panniculo exceptū reponatur sup locū, vt supra.

Quòd si aperte fuerint sycoses, aridū adponatur medicamen, per modū hygreimplastri. Sin aperte, xerion emplastrū cōueniet.

Vltimum tandem, & quod sæpius expertum est, iuuamentum est verrucaria in puerorū ficibus per modū inspergii vsurpata.

### Ani inflatio.

Recipe, Corticum granatorum. Coquātur cum vino cocto vehementer. Deinde distempera eas cum oleo rosarum, superpone modo emplastri.

Inflatio  
ani.

Emplastrū  
Rhaxia-  
num.

Intertri-  
go ani.

Damia-  
ni cura.

Valla.

### Ani intertrigo.

Intertrigo ani curatur cornu cerui vsto, & superposito.

Aliud Vallæ.

Cum ibis viam, absynthii pontici furculum, ano supponito.

Succus Argentariæ inditus ano intertrigini medetur.

### Anus cancrenatus.

Vnguentum pro ano cancrenato.

RECIPE, Vnguenti de cerussa lib. j. plūbi vsti ʒ. β. thuris, myrrhæ, ana ʒ. ij. lithargyrii despumati ʒ. j. β. Incorporentur in mortario, vltima contritione.

Anus can-  
crenatus.

Bartholo.

Valet in cancrofis hulceribus, & ostrachosis, heresypelatosi, & omnibus dependentibus ab humoribus acutis, corrosiuis, & corruptis, venenosis.

Montegna-  
nus.

Vnguētum.

Virtus vn-  
guenti.

## ANODINA.

### Cap. IIII.

Oleum pro doloribus omnibus puerorum sedandis optimum, & expertum.

Oleū meū  
anodynum.

Recipe, Oleorū anethini, chamæmelini, ana ʒ. vj. olei ruthacei, styracis liquidæ, ana ʒ. iij. pulueris cymini ʒ. ij. Bulliant omnia vna bullitione. deinde coletur, & vsui referuetur. Et quādo oportuerit, vngatur locus dolorosus, & expertum est.

expertissi-  
mum.

Vnguentum anodynum cerussatum,  
refrigerans, Petri hispani.

Vnguētum

Recipe, Olei rosarum, violarū, ana ʒ. ij. cerussæ lotæ, cum aqua rosarum ʒ. j. camphoræ ʒ. j. opii Thebaici ʒ. β. albuminis oui numero ij. Incorporentur bene, fiat vnguentum.

anodynum

Petri hispa-  
ni.

Ad hulcera cancrosa, atq; dolorosa, in quacuncq; corporis parte, præfertim tibiæ.

Anodynum  
expertissi-  
mum.

Recip. Butyri recētis, bene despumati q. v. Et ita feruidè funda-

tur

tur in mortario plúbeo, agitetur pistillo plúbeo, ad octo horas, stet octo horis in loco calidè, in mortario, & iterum agitetur, vsq; dum infrigidabitur. Vngantur hulcera dolorosa, ostrachosa. Et si vis habere in forma emplastri, adponatur parum ceræ. Est res experta in sedando omnem dolorem.

Aliud anodynum.

*Anodynum aliud æquiualens.* Recipe, Auenæ partes duas, feminis lini partem vnam, contundantur optimè in mortario, deinde optimè decoquatur in aqua, & loco superponatur, in forma emplastri. Valet cōtra heresyplam, contra apostemata neruorum, & dolorem eorum.

Ad idem valet.

*Anodynum commune.* Plantago maior decocta in aqua, applicetur loco. Emplastrum vel vnguentum mollificās ac leniens omnem duritiam neruorum, & iuncturarum, sedansq; dolores in eis, & confortans omnes iuncturas vehementer extenuatas.

*Stocke ro vsitatissi- mum.* Recipe, Muscilaginis fœnigræci, althææ, feminis lini, ana ℥.iiij. Medullæ crurum vaccæ ℥.ij. adipis porci colati ℥.iiij. olei lilini, olei communis antiqui, ana vnc.ij. ceræ q.β. Fiat vnguentum, vel Emplastrum. Vnguentum mollificans Siphuros, quod sublimè est in apostematibus melancholicis, & aliis duritiibus, mollificās neruos, & iuncturas. Et si vis magis sedatiuum, tunc adde vitellæ ouorum numero iij. croci ʒ.ij. Si vis extremè penetratiuum, resolutiuum, & etiam mollificatiuum, adde bdellii, aluminis armoniaci, dissolutorum in aceto albo, & acuto, ana ʒ.ij.β.

*Baritholo- Montegnani.* Recipe, Oleorum sesamini, amygdalini dulcis, ana ʒ.iiij. Butyri, medullæ crurum bouis, ana ʒ.iiij. pinguedinis anatis, gallinæ, ana ʒ.ij. ceræ albæ ʒ.ij. Misce, & fiat vnguentum secundum artem. Vnguentum aliud anodynum Bartholomæi Montegnani, in Nephritide dolorosa, pectoris vitiiis, sedans dolorem membrorū neruorum, & in quacunq; corporis parte.

Recipe, Olei violarum citrinarum lib. j. amygdalarum dulcium, liliorum alborum, ana ʒ. vj. butyri recentis ʒ.iiij. croci drach. ij. ceræ albæ lib. β. olei de semine anethi drach. ij. pinguedinis anatis ʒ.ij.

Fiat vnguentum. In cuius fine

adde, vitellorum ouorum numero iij.

CAPIT



## CAPITALIVM ADFE- ctionum pusillis accidentium medelæ. Cap. v.

De syriasi, hoc est, capitis in-  
fantium ardore.

*Syriasis in-  
fantium.*

**E**ius remedium est oui lecythos, hoc est, rubrum, cum rosa-  
Vnguentū.  
ceo, syncipiti, seu potius caluaria, pigmenti specie superim-  
positum. Sic tamen vt a siddua mutatione renouetur.

Extat apud Aeginetam, Galenicum abbreviatorem, aliud con-  
tra syriases præsidium, vt videlicet heliotropii (quod Graii scor-  
piuron, Romani solarem appellant) folia, cucurbitæ raméta, cu-  
cumeris, atq; peponum, adiacentem carni pelliculam, solani hor-  
tensis, cum rosaceo cremorem cranio adhibeamus.

### Porriginis medelæ.

Vnguentum Aristotelicum, ex recitatione  
I sacci, valens ad pityriasin, seu  
porriginem puerorum.

*Pityriasis  
puerorum.*

**R**ECIPE, Salis fuliginis, olei oliuæ, picis liquidæ, ana partes  
æquales. Tere hæc omnia, & fac vnguentum: & tineaoso capiti, de  
quo fuerint capilli extracti, superimponere. Et miraberis sanita-  
tem ipsius, & redundantiam capillorum.

*Vnguentum  
Aristoteli-  
cū in porri-  
gine exper-  
tissimum.*

#### Ad Tineas capitis.

Recipe, Pulueris bryoniæ. Misce cum melle, pone super sca-  
bien tineosam capitis.

*Tineæ capi-  
tis.*

#### Vnguentum æquialens probatissimum.

Recipe, Olei rosarum, iuniperi, ana q. v. Sulphuris, æris viridis,  
stercoris columbini, ana q. v. Terantur, & conficiantur omnia  
simul, ad formam vnguenti. Ex hoc vngatur locus tineosus, stet  
ad tres dies, & iterum vngatur locus tineosus, & perfectè cu-  
rabitur.

*Vnguentum  
ad pityria-  
sim exper-  
tū à me sa-  
pius.*

### Capitis dolor, in causa calida.

**C**ONTRA dolorem capitis puerorum. Epithemetur frons  
linteolo madefacto ex lacte. Caueat à vino, & rebus fumosis ta-  
lis infans, vel puer. Et attendendum num habeat secessum, vel  
non,

*Dolor capi-  
tis.*

*Epithema.*

non, si non haberet, proritetur aluus, & leniatur suppositoriis  
*Observatio.* saponateis vel mellitis. Nam adstricta aluo, fumi ex stomacho, & vapores ascendunt, ad caput, & turbant caput.

Contra dolorem, & calorem capitis.

*Epithema meum experimentum.* Recipe, Aquæ rosarum ꝑ.ij. vel iij. trium sandalorum, ana ꝑ.β. camphoræ, croci, ana drach.β. Misce pro epithemate, & illinatur frons.

Linimentum frontale, in cephalæa.

*Linimentum meum visita tiffimum in cephalæa.* Recipe, Aquarum cucurbitæ, rosarum, ana ꝑ. iij. aquæ violarum, nymphæ, ana ꝑ. ij. Misce cum albumine oui, oleo rosato, & exitiffimum in guo aceto, ad penetrandum. Fiat epithema. Et infusa petia in tali liquore, applica fronti.

Inunctio contra dolorem, & calorem capitis.

*Inunctio à me multo tates exper-ta.* Recipe, Olei violati rosati, ana vnc. j. aceti ꝑ. β. camphoræ ꝑ. ij. Bene misceantur inuicem: & fiat oxyrhodinum, & applicetur capiti, & fronti, sæpius intincto in eo linteolo.

Aliud.

Muscilago cydoniorum epithemata.

Aliud epithema.

*Epithema optimum in cephalæa.* Muscilago psyllii infusa rhodostomate, & aceto, cum reticulo, vel linteolo fronti applicetur. Potest imponi de sandalis, croco, & camphora, si lubet.

Capitis dolor ex frigida causa.

*Epithema meum refrigerans.* Recipe, Olei spicæ odoriferi ꝑ. j. pulueris radice rhodiæ, violariæ venetiænæ, pulueris caryophyllorum, ana scrup. j. Misce, fiat epithema.

COSMATICAE REMEDIA.

Nutritio, tinctio crinium.

Caput VI.

*Nutritio, & tinctio crinium.* SI quis cupit infantulorum comas nutrire, atq; tingere, albo, flauo, vel aureo colore: recipiat succum radice arboris vibicis, vel aquæ ex ea, in Aprili, aut Maio mense extillantantis: vtatur post abluionem capillorum: valde decorat crines infantulorum, in aureum colorem, præsertim si exponantur Soli.

*Lixiua flauos reddens crines.* Aureum capillorum efficiunt colorem, flores tapfi barbati, de-cocti in lixiuio, flores callitrichi, idem valent in lixiuio, flores etiam betonicæ, eodem modo possunt.

Glabri



## Glabrities.

GLABRITIEI puerorum sequens medetur linimentum.

*Glabrities.*

Recipe, Foliorum nymphæ Manip. j. Decoquantur in butyro recenti, optimo: deinde exprimantur, & pistentur fortiter simul, fiat vnguentum liquidiusculum, quo vnge locum.

## Lendines comarum.

Contra lendines puerorum.

RECIPE, Seminis canabis Manip. j. Comburetur, & de cinere illo fiat lixiuium, quo caput abluatur.

*Lendines puerorum.*

## Corrosio crinium.

ALIUD ad idem, vt suprâ, valens etiam contra corrosiones. Liniatur caput oxelæo.

*Corrosio crinum.*

## Pediculi puerorum.

LINIATUR caput oxelæo.

*Pediculi puerorum.*

## CARDIACAE PVERORUM remedia. Cap. VII.

RECIPE, Olei amygdalini dulcis, butyri, adipis caponis, fiat vnguentum. Vngantur tales pueri, sequenti vnguento.

*Vnguentum*

Recipe, Olei liliacei, chamomælini, & butyri. Miscantur simul. Bibant etiam aquam consolidæ regalis, in qua dissolutum sit charum conditum.

*in cardia. ca.**Potus ad*

Curavi septennalem quendam puerum, cardiaca, seu tremore cordis laborantem.

*idem.*

## Mistura.

Recipe, Conferuæ rosarû, drach. j. b. p. specierum cordialium temperatorum, seu pulueris cordialis drach. j. electuarii de gemmis frigidi drach. ß. diamargariti ꝑ. j. cum syrupo boraginato, & buglossato. Fiat mistura. Dosis castanæ parvæ quantitas, mane, meridie, & nocte, potest sumi per se, vel cum aqua melissæ, vel rosarum albarum. Item applicetur epithema cordiale subsequens, calidiusculé.

*Mistura in tremore cordis, expertum.*

## Epithema.

Recipe, Aquæ melissæ, betonicæ, saluæ sylvestris, marrubii, ana parû, aquæ origani, rosarû, ana parû. Dissoluatur in eis camphoræ ꝑ. vj. croci ꝑ. ij. ß. theriacæ parum. Miscé, & fiat epithema.

*Epithema probatissimum.*

Car

*Vnguentum à me saepe numero ex pertum, in tremore cordis.* Cardiacæ multum prodest vnguentum sequens. Recipe, Adipis gallinæ, anferis, anatis, butyri recentis, ana 3.iiij. olei chamæmelini, lilini, amygdalini, ana 3.iiij. medullæ vitulinæ, drach.ij. cum competenti pondere ceræ. Fiat ad modum vnguenti, quo pectus, cor, latera q̄, mane, & serò perungantur.

*Infusio, in tremore cordis.* Infusio. Fiat infusio in aqua gallitrichi, imponendo species diamoschi dulcis, & diambæ, ana q.v. Detur respectu ætatis, pueris.

## CALORIS INNATURALIS, tam ex gelida, quàm calida causa prouenientis remedia. Cap. viii.

### Ex causa calida.

*Calor innaturalis, ex causa calida.* **P**Veris mirè contra innatum calorem prodest sequens cura. **Potus refrigerans.** Recipe, Acetosæ manip. j. Bulliat in aqua endiuix q̄.β. cum quatuor seminibus frigidis, & inde potetur. Item edat diacydoniten. Iulepum refrigerans, & confortans calorem innatum.

*Cibus sit talis.* Recipe, Aquarum sonchi, id est, endiuix, boraginis, melissophylli, rosarum, ana 3.iiij. behen albi, & rubei 3.β. sandalorum alborum & rub. 3.β. specierum trochiscorum de camphora 3. j. specierum electuarii de gemmis frigidi 3. j. sacchari libram, vel q̄.β. Fiat iulepum dilutum.

### **Vnguentum caloris extinctiui, & refrigeratiui.**

*Vnguentum immodicum calorem restringens.* Recipe, Olei rosati, & violati, ana vnc. j. vnguenti in frigidantis Galeni, drach. vj. succi semperuiux vnc. iij. Bulliat ad consumptionem succi. Post addatur croci, scrup. j. camphoræ grana iij. & fiat vnguentum.

### **Potus in confortando calore naturali, & extinguendo innaturali.**

*Potus.* Recipe, Conseruæ rosarum, boraginis, buglossæ, ana vnc. β. Misce cum syrupo violarum, addito grano j. camphoræ, & moschi. Et dosis sit mane, & serò, quantitas nucis auellanæ.

Calor



## Calor innaturalis refrige- ratus nimium.

AQVA confortatiua, calore naturali refrigerato, inungenda *Calor innaturalis de-*  
pulsibus, fronti, temporibus, naribus, & cordi. *turalis de-*

Recipe, Aquarum melissæ, spicæ, lauandulæ, rosarum, ana *perditus.*  
vnc. j. cinamomi, caryophyllorum electorum, ana drach. ß. cro- *Epithema*  
ci scrup. ij. moschi grana iij. Misce, fiat epithema. *calorificū.*

## CVRA EXCORIATIONIS, quæ fit sub alis, & cõxis infantium, & puerorum. Cap. IX.

**D**Etergoratur sæpenuero cuticula sub axillis infantium: ali- *Excoriatio*  
quando etiam inter pedes atteritur. *sub alis, &*

### Vnguentum contra excoriationem.

Ad hoc contundi debent folia fedi minoris: crassulam exilio- *Excoriatio*  
rem vulgo vocitant, oleoq; rosaceo, laridoq; ex maiale admisso. *sub alis, &*  
Et deinde per linteolum exprimi, succusq; iste in vino albo, bo- *coxis, & pe-*  
noq; decoquendus erit, & admiscendus mastix, olibanum, singu- *dibus.*  
lorum drach. j. Hoc pueris, quacunq; corporis parte excoriati *Vnguentum*  
fuerint, illitū, absq; dubio (cõpertissima loquor) opem præstat. *cõtra exco-*  
*riationē cu-*  
*tis expertis-*  
*simum.*

Vnguentum frigidum contra excoriationem, factam in co- *Vnguentum*  
xis puerorum, ab acuitate vrinæ prouenientem, & est Stockera- *Stockeramē*  
num optimū, quo Stockerus mirabilia effecisse tradidit scripto. *in excoria-*  
*tione quas*  
*cũq; exper-*  
*tissimum.*

Recipe, Albuginis ouorum numero 1. olei violati vnc. j. lithar- *Vnguentum*  
gyrii spumificati drach. vj. Terantur in mortario plumbeo dili- *Stockeramē*  
genter, & fiat vnguentum secundum artem. Valet ad heresype- *in excoria-*  
lam, & malam complexionem calidam, in prædictis partibus, & *tione quas*  
sub axillis, & labiis puerorum. *cũq; exper-*  
*tissimum.*

## DENTIENATIVM, ET EX gingiuis laborantium remedia, necnon labiorum.

### Caput X.

### Labiorum Fissuræ.

d

*Fissura labiorum.*

**P**orro si pulsio labiorum fissuras, vel ob lactis calorē, vel nimiam mamillarum duritiē cōtraxit, fiat epilima subsequēs:  
 Recipe, Lanam optimē carptam, madificetur in succo plantaginis vtriusq;, hoc est, latifolia, & mucronatæ, cum aliquantulo butyri, vel axungię gallinacę recentis. Ex quibus simul liquefactis fiat liquamē: quo cum pluma gracili labrorū fissa perlinatur.

**Labiorum fissuris medetur linimentum sequens.**

*Linimentū varignanæ.*

Recipe, Mastiches q.v. mollifica cum albumine oui crudi, & appone.

Curavi ego aliquādo eūdē defectū in pueris sequēti vnctiōe:  
 Recipe, Floris lactis, pinguedinis iusculi à carne facti, quæ pinguedo adhæret cochleariis, ana æquales partes, & est à me multoties expertum.

**Vnguentum ad idem, Varignanianum.**

*Ad scissuram labiorū.*

Cerebrū asferis domestici, cum medulla ceruina, inungatur.

**Pustulæ labiorum.**

*Vnguentum Anacemnum.*

Recipe, Lithargyrii argentei, myrrhæ, zingiberis, ana: pulueri sentur subtiliter, & cum cera virginea, melle, & oleo communi q.ß. Fiat vnguentū. Prius bene puer madefaciat labia, cum saliuā.

**Idem facit instillatio sequens.**

*Instillatio in pustulis labrorū experta.*

Recip. Fellis tauri, duas vel tres guttas, instilletur, est expertū.

**Gingiuarum vitia ex dentitione.**

**Abscessus Gingiuarum.**

*Abscessus Gingiuarū.*

**A**NTE denticulorum ortum, quādoq; parodontides, & parulides (quæ tubercula sunt iuxta dentes, in gingiuulis nascentia) prorepunt. Quæ solius crocomagmatis illinitioe curantur.

**Dolor gingiuarum.**

*Dolor gingiuarum.*

**M**EDVLLAM caballinam dolori dentium summè mederi tradit Mesues: seq; sæpius esse expertum ait, in scriptis suis.

**Apozema in dolore gingiuarum.**

Laentur gingiuæ, cum apozemate radicis bedeguar.

Si ex dentitione multum gingiuæ doleant, vel decorientur tunc arnoglossæ, necnon celsi corticis cremore, mandibula per vices impinguetur.

Infantium præterea dentitiones adiuuat, admisto melle butyrum: in quem ysum gingiuæ eo sunt confricandæ.

Prod



Prodest eadē vinctura, prius quàm dentire cœperint, gingiuarum etiam pruritibus.

Eisdem veteris balsamenti carnem sedare tradit Aegineta. *Salsamentum.*  
Utendum suadet ceromatis, aut olei cerati pigmento.

Ceroma constat ex oleo crudo, non sine modico ceræ liquefacto. Aegineta lib. i. cap. 8. *Aegineta lib. i. cap. 8.*

## Dentium dolor.

PVERIS si dentes doleant: recipiatur camphora, & in aceto posita, bulliat modicum. Deinde teneat puer in ore, & cessabit omnis dolor.

Refert Petrus Hispanus, se multoties dentium dolorē curasse, *Experimentum Petri Hispani, in dolore dentium.*  
Appositum herbæ, formatæ ad modum dentis: quæ dicitur dens caballinus: & est expertum.

Rhazes memoriæ tradidit, dentem hominis mortui, collo patientis suspensum dolorē auferre protinus, & esse experimentum.

Idem adserit Bernardus, ita scribens, quod si denti hominis mortui, dens dolens tangatur, absq; dubio dolor cessabit. *Diuis Bernardus.*

Si dolor dentium nimis inualuerit, superponatur externè opium, cum vitello oui semicocti distemperatum. Et est res experta.

Hippocrates particula 4. Aphorif. 53.

Cum dentes producunt, gingiuarum pruritus, febres, spasmi, diarræ, & maximè quando producunt caninos dentes imminent. *Hippocrates partic. 4. Aphor. 53.*

## DORSI VITIORVM REMEDIA. Caput XI.

### Verrucæ dorsii.

**C**Vrà à me experta in verruca dorsii.

Vnguentum.

Recipe, Vnguenti de adipibus vnc. j. vnguenti de muscilagini = *Vnguentum.*  
bus vnc. β. Misce, vngatur mane, meridiè, & sero.

Item superponatur emplastrum diachylon, super corio tenui *Emplastrum ad idem.*  
extensum.

Necnon fiat illud emplastrum sequens.

Recipe, Radicis liliorum alborum, brançæ virginæ, bryoniæ, euisci, ana 3. j. fœnigræci, seminis lini, ana scrup. ij. medullæ ficuum absque granis scrup. iij. Quæ contrita bulliant in butyro, oleo anethino, chamæmelino, ana q. semis. Fiat vnguentum arte.

d 2

Vnguentum bonum ad dolorem dorſi  
puerorum, & lapſum ex alto,  
in dorſum.

*Vnguentum  
Stockeraniū  
ad dorſi vi-  
tia.* Recipe, Olei roſarum, quantum capere poteſt teſta vnus oui,  
ceræ ad quantitatem auellana. Diſſoluatur lentifſimo igne: Poſt  
infundatur ſuper aqua frigida, ſemper renouādo, vſq; ad albedi-  
nem. Curaſſe ſe multoſ ſcripto prodidit Stockerus, qui conque-  
rebantur de immenſo dorſi dolore.

DE DRACUNCVLIS,  
dracuntiſve. Cap. XII.

*De iſ dra-  
contijs lege  
Paulū Aegi-  
netā, lib. 4.  
cap. 9.* EXiſtunt in puerulis ſubtercutanea quædam animantia viua,  
lumbricorum formam præ ſe ferētia, dracontia vulgari ap-  
pellatione nuncupata: quæ in muſculoſis corporis partibus, puta  
brachiis, cruribus, ſuris plerunq; cōſiſtunt. Interdum etiam in la-  
teribus ſub cute cōeunt, quādoq; totum tergum, aut ſaltē ipſum  
interſcapilium occupant. Hoc quicquid eſt animalculi, ni conſen-  
taneis remediis extirpetur, vel noxiam ſuppurationem inducit,  
vel infantulos proſum tabefacit.

Eiuſmodi vermiculos in poris infantium, ac puellorum lati-  
tantes, hac extinguemus cura.

Si non prominuli vltro fuerint, hoc eſt, adhibito calido fotu,  
edulcatoq; (quale melicraton eſt) condimento, forinſecus illito,  
capitella ſua non exertarint, violentioribus medelis ad progredi-  
endum foras quatiendi ſunt.

*Ablutio dra-  
cūculos peri-  
mens.* Accipienda nimirum radix viticellæ, ſiue vitis albæ, quantum  
manu preſſa capi poteſt. Bulliat in lixiuio è quernis cineribus  
concinnato. Quo circūfuſum hiſce tineolis infantile corpuscu-  
lum perfundatur, & lauetur. Quo factō, progreſſa dracontorū  
ora, nouacula præſecetur. Quibus ſic obtruncatis, infans denuō  
prædicto diaclyſmate, puta conia balneandus, & abluendus erit,  
denudataq; vel diſſecta pellicula commageno perlinenda.

EPILEPTICI, SEV CADU-  
ci morbi remedia. Cap. XIII.

*Epilepſia.  
Caducus  
morbus.* Infantibus comitialiter ægrotantibus expedit dare nonnihil  
de bacciferæ herbæ glycyſidis granis, pulueratum quidem, &  
cum lacte muliebri propinatum.

Eadem



Eadem affectione correptos liberat leporinum coagulū, potui datum.

*Potus.*

Liquores autem extillatitii, lunaticis accommodi sunt.

*Liquores.*

Aqua destillationis violarum purpurearum, betonicae, florum phyluræ, prunellæ, per se, vel cū exiguo syrupo glycyfidite diluti.

Aquæ destillatæ Epilepticis salubres.

Aqua liliorum conuallium, aqua pæoniæ, aqua florum acaciae, id est, prunellorum syluestrium.

*Aquæ aliquot destillatæ.*

Potus in epilepsia à me in puero nobili expertus.

Recipe, Mithridatii fabæ quantitatem, aquæ lauandulæ cochlear j. Misce, da bibere.

Emplastrum ad idem.

Rutha contrita in aceto, & naribus apposita.

*Emplastrum ad morbum Caducum.*

Ad epilepsiam puerorum expertum medicamen.

Detur de moscho fino, ex mero subtili, bis, vel ter in die, parū, & sic perfectè curantur.

Aliud ad idem.

Recipe, Aquam vngulæ caballinæ, & madefac in ea linteolū, ipsūq; pueris inuolue, & lecto impone, iiq; perfectè curantur.

Aliud ad idem valens.

Recipe, Coriandri præparati, seminis sinapis, nucis moschatæ, ana vnc. β. seminis pæoniæ 3. iij. dictami 3. ij. Fiat puluis, detur mane, ad lubitum, respectu tamē ætatis habito, cum vino calido.

*Puluis Aetij in epilepsia effiacax.*

## ELCOSIS, HOC EST, EXHULCERATIONIS, & intertriginis femorum cura. Cap. XIII.

**A**Duersus paratrimmata, hoc est, femorum attrita, & confrita membra, valet inspergimen ex arida myrto, cypero, rosisq; confectum.

*Inspergimen aduersus intertriginem.*

Item si propter vrinæ falsedinem, & carniū mollitiem, patiat in crura mordicationem, vel dolorem, vel in alio loco: superaspargatur farina hordeacea.

*Inspergimen aliud.*

Vel recipe pulegii crassiusculè puluerati, & tragacanthi pollinis: & inspergito.

*Exanthemata, pustulae.  
Eruptiones  
Abscessus.*

## EXANTHEMATVM, HOC est, pustularum, eruptionum, abscessuum, quæ puello oboriuntur, Cura. Caput xv.

*Paulus Aegineta, lib. i cap. 6.* **S**I quæ tenello fœtui exanthemata forsan oboriuntur, tum lauacris, adiecto myrto, lentisco, rosisq; medendum. Deinde vbi purè lautus est infans rosaceo, aut oleo lentiscino, cerotove, pustulosa cutis perlinenda, atq; leniter ex nitris abstergenda erit.

### Abscessus quilibet.

Pro maturatione, & sedatione doloris, in apostematibus puerorum, vnguentum.

Decoque lentes, & poma excorticata, vsque ad dissolutionem ipsorum. Et post misce cum oleo rosaceo, & superpone calidè.

### Abscessus dextri lateris.

**C**ONTRA apostemata dextri lateris, cura sæpiusculè approbata.

#### Balneum.

*Therma.* Primò balneet puer, vel infans, in lautulis sulphureis.

*Decoctio.* Secundò bibat decoctionem ficuum, & liquiritiæ, ex sero caprino decoctam.

*Emplastrum.* Postremò emplastretur locus, emplastro factò ex chamomilla, maluis, & lini semine, ex cremore, vel flore lactis, vel butyro recenti decoctis, superponatur calidè.

### Viscerum abscessus.

Viscerum abscessibus, in infantibus succurrit cura sequens, & est à me experta in bimulo puello.

Primò, vngatur venter vnguento de adipibus, in dispensario descripto, mane, & serò.

Secundò pro leniendis visceribus, vtatur iulepo isto lenitiuo.

*Iulepus leniens aliud.* Recipe, iulepi violacei, iuiubini, ana ꝑ. ij. ꝑ. aquarum maluæ, betonicæ, scabiosæ, ana ꝑ. ij. vel iij. Dissoluatur in his diaprunis simplicis, electuarii lenitini de sebesten simplicis, diacatholiconis, casia fistulæ cum manna, ana drachma j. Misce, fiat potus, de quo mane, & serò, cochlearia duo vel tria vel quatuor bibat.

Faciei



DE MORBIS PVERORVM. 55  
FACIEI OMNIGENORVM  
vitiolorum remedia. Cap. XVI.  
Variolæ, morbilli.

CONtra grauitates faciei, quæ causantur in partibus fa- *Pulmentum*  
ciei, propter variolas, & morbillos, pulmentum. *contra va-*  
Recipe, Farinæ fabarum, & lupinorum, singulorum bene pul- *riolas, &*  
uerisatorum ꝑ. j. urinæ tauri q. v. Omnia misce simul, & fac pul- *morbillos.*  
mentum, & postea inunge faciem in sero. Et sic dimitte per no-  
ctem stare. Et de mane laua faciem cum aqua pura, & in paucis  
diebus liberaberis, & videbis mirabilem huius pulmenti effectû.

Maculæ faciei.

RECIPE, Butyri recentis, vnc. j. camphoræ, thutia præparatæ, *Vnguentum*  
ana drachmas ij. vini maluatici vnc. ꝑ. Misce, fiat vnguentum se- *ad maculas*  
cundum artem. *faciei.*

Ad idem lac virgineum.

Recipe, Lithargyrii ꝑ. ij. cerussæ ꝑ. ꝑ. aceti ꝑ. vj. salis ꝑ. ij. aque plu- *Vnguentum*  
uialis lib. j. Decoquantur quælibet per se, in ollicula, & stent per *ad idem.*  
horas quatuor vel sex: postea misce in altera ollicula, ana partes  
æquales, & misce, fiat lac virgineum, secundum artem. Acuitate  
tamen repressâ, cum cremore lactis.

Lac virgineum, sub alia forma, ad idem.

Recipe, Aquarum scabiosæ lib. j. solatri lib. ꝑ. salis communis *Lac virgia*  
drachmas ij. Misce, & fiat decoctio. *neñ ad idẽ.*

Recipe, Lithargyrii q. j. radice aristolochiæ rotundæ, & lon- *Aliud ad*  
gæ, ana ꝑ. vj. rosarum manip. j. aceti vini lib. xvj. Misce, & fiat de- *idem.*  
coctio, vel mistura.

Morphea faciei.

RECIPE, Cāphoræ ꝑ. j. myrrhæ, olibani, ana ꝑ. ij. sulphuris ꝑ. *Morphea*  
ij. resinæ ꝑ. j. butyri maialis sine sale ꝑ. ij. Misce, fiat vnguentū arte. *faciei.*

Aliud ad idem.

Recipe, Sulphuris viui ꝑ. ij. cāphoræ, perlarū non perforatarū, *Aliud ad*  
ana ꝑ. j. pulueris sentur subtiliter, & cribrentur: inuoluātor panno *idem.*  
lineo, & infunde acetum, vel aquam rosatam pro delicatis. Et  
semper stet in illa infusione, ad mensem. Interea tali pila, vel pan-  
no, omni die bis tergatur, & lauetur facies, præmissâ aliqua leui  
purgatione.

## Ad faciem morphæaticam.

*Vnguentum ad idē.* Recipe, Sepi, vel pinguedinis porci recentis, dissoluti in aqua frigida ℥.iiij. sulphuris viui, vel communis, subtilissimè puluerisati ℥. β. terebinthinæ lotæ ℥. j. argenti viui ℥. ij. vitellorum ouorum recentium, numero vj. pinguedinis gallinæ recentis ℥. β. aquarum plātaginis, rosarum, nymphæ, ana ℥. j. Omnibus prius subtilissimè puluerisatis, ac dissolutis, misceantur simul, in mortario, longa contritione, & stent ad horas duas in aere, post ponantur in pyxide, & vngatur facies per tres septimanas. Manè verò abluatur aqua infusionis farfurum, & farinæ fabarum.

## Aliud contra faciem morphæaticam.

*Puluis.* Recipe, Lithargyrii abluti, aluminis vsti, ana ℥. ij. tucix præparatæ, lapidis calaminaris, ana ℥. j. β. sulphuris ℥. vj. β. Puluerisentur subtilissimè, vt alcohol, & fiat puluis, qui inuoluatur denso sacco, & ponatur in infra scriptam aquam, postea vnge te in facie.

## Aqua autem est talis.

*Aqua.* Recipe, Aquæ rosarum ℥. ij. de floribus fabarum, liliorum alborum, ana ℥. j. aceti fortissimi lib. β. Misce simul.

## Faciei, &amp; cutis dealbatio, clarificatio, &amp; decoratio.

*Clarificans faciem vnguentum.* Ad clarificandam faciem vnguentum expertum. Recipe, Sulphuris communis, combure in aqua vitæ. Post misce cum medulla ceruina. Fiat vnguentum, quo vngito faciem.

## Ad dealbandam faciem vnguentum expertissimum Isaaci Medici clarissimi.

*Isaaci consilium.* Recipe, Fabarum q. v. macera in aceto forti, vsque quò pelliculæ cadant, tunc pone sub solem, & sicca, postea puluerisentur subtiliter, & puluis ponatur in aqua calida, eundo dormitum, & vnge faciem, est expertum.

## Aliud expertum in dealbanda facie, vel alia loca.

*Aliud simile superi.* Recipe, Fabarum, cicerum, faseolorum. Tempera in aqua tepida, vt amoueantur cortices exteriores, deinde recipe lupinos, qui temperentur cum lacte asinæ, albugine oui, vel lacte simplici, deinde exiccetur sub sole. Et iterum temperetur rebus viscosis, vt cum gummi Arabico, in aqua soluto, vel albumine oui.

FAYC



# FAUCIVM, GUTTVRIS, palati, & colli vitiorum Reme- dia. Cap. XVII.

## Faucium incommoda.

**A**D asperitatem, & exulcerationem faucium apprimè con-  
fert sequens cura.

Mel rosaceum, diamori medicamentū, vel diacaryō, dianucū,  
vel rob nucum dictum, hæc singula illinenda sunt, vel lingenda,  
syrupus item papauerinus, iuiubinus, mastichinus, aqua moro-  
rum, in qua maceratae sunt ficus, aqua buglossæ, in qua maceratū  
sit saccharum candi, diatragacanthum, tragacanthum simplex,  
diapenidium, vel saccharum penidiatum.

## Gutturis vitia.

**E**ADEM quæ profunt faucium morbis, profunt etiam gut- *Gutturis*  
turis incommoditatibus, utpote, asperitati, & exulcerationi, a- *morbis.*  
liisq; morbis, gutturi imminentibus. Quæ remedia iamiam in  
faucium dyscrasiis enumeravi.

## Palati vitii remedia.

**P**RO hulceribus palati, valet ista decoctio.

Recipe, Corticum radicum prunellæ, & cum melle rosato, vel *Hulcera*  
violato fiat gargarisma, vel lotio. *palati.*

Profunt etiam prædicta pharmaca, in faucium indispositio- *Gargaris-*  
nibus enumerata, palati omnifariis morbis, quales possunt esse, *mus.*  
hulcera, asperitas, & similia.

## Colli morbi omnigeni.

### Botium colli.

**I**N botio colli, & faucium vitiiis, pro decennali, commodè pos *Botiū colli.*  
set esse hæc cura.

### Gargarismus.

Recipe, Aquarum saluix, scabiosæ, prunellæ, ana ꝑ.iiij. pyrethri  
pulverisati, sinapis, ana ꝑ.ij. mellis quartam j. aceti tantundem. Fa-  
cta bullitione, fiat gargarismus.

### Ad idem electuarium.

Recipe, Conseruæ violarum ꝑ.ij. muscilaginis psyllii, seminis *Electuariū.*

d s

cydoniorū, ana ʒ. j. cucurbitæ, lactucæ, cucumeris, papaueris albī,  
ana ʒ. j. cū aqua prunellę, & syrupo iuiubino, & iulepo violaceo,  
fiat mistura subtilis, quæ sæpe adponatur linguæ, & lābendo de-  
glubatur.

**Emplastrum ad idem.**

**Emplastrū.** Recipe, Maluarum, ceparū assatarū, farinæ fœnigræci, ana ʒ. j.  
Frixetur cum ʒ. q. butyri recētis, & liliorū alborū fiat emplastrū.

**Canon.** Et si annos decem excederet puer, posset fieri commodè cu-

**Observatio.** curbitulatio, scilicet sub mento, & in ceruice. Si non iuuerit,  
fiat phlebothomia sub lingua, sed tamen si sit ultra decimatum.

**Verrucæ colli.**

**Vnguentum** VERRUCOSIS in collo medetur, sequens cura.

**Verrucosis** Recipe, Vnguenti de adipibus ʒ. j. vnguenti de muscilaginibus  
**accommodū.** ʒ. ʒ. Misce, vngatur, mane, meridie, & sero.

**Ad idem emplastrum.**

Supponatur emplastrū diachylonis, sup corio tenui extēsum.

**Emplastrum sub alia forma, ad idem.**

**Emplastrū** Recipe, Radicis liliorum alborum, brancæ vrsinæ, bryoniæ,  
**aliud.** euisci, ana ʒ. j. fœnigræci, seminis lini, ana ʒ. ij. medullæ ficuum,  
absq; granis ʒ. iij. Quę contrita bulliant in butyro, oleo anethi-  
no, chamæmelino, ana q. ʒ. Fiat vnguentum arte.

**Synanchis colli.**

**Emplastrum in synanchi.**

**Emplastrū.** Terra nidi hirundinum, tumorem, & apostemationem fau-  
cium, & colli tollit.

**Aliud experimentum, ad idem.**

Inuoluatur tota gula exterius lana succida, infusa in decoctio-  
ne hyssopi, & oleo oliuarum.

**Aliud ad idem.**

In causa frigida bulliat in vino forti, Marciaton, agrippa, dial-  
thæa, & stupæ ibi inūgantur, & inuoluatur collū. Maturat enim,  
& est in hoc casu expertissimum.

**Emplastrum ad idem.**

**Emplastrū** Fiat emplastrum exterius, de stercore hominis recenti, fermen-  
**in squinane-** to, visco arborum, cinere thymi cōbusti, & axūgia cirogrillorū.  
**tia.** Hoc maturat, & exterius attrahit, & rūpit apostemata squinātica.

**Regula.** Diligenter autē caueas, ne exterius vtaris repercussiuus: sed dif-  
solutiuus, attractiuus, & maturatiuus. Melius autem vt re dissolu-  
tiua, à principio, & vt repercussiuus. In augmento dissolutiuus,  
partim



partim repercussiuus. In statu dissolutiuus interius.

Aliud experimentum.

Scabiosa gargarizata, & bibita, vel emplastrata synanchen de- *Petrus His*  
speratam sanare, certum esse dicit Petrus Hispanus. *spanus.*

Notandum.

Reuelatum fuit diuinitus beato Bonifacio, vt daret potui pa- *Notio.*  
rochis suis synanchicis, herbam, quæ dicitur morsus dæmonis: & *Petrus His*  
qui emplastrati fuerant hac herba, ab ipso Bonifacio sancto, eua- *spanus.*  
fisse tradit Petrus Hispanus.

Aliud experimentum.

Flos violæ, cum aqua calida bibitus, à proprietate confert. *Potus.*

Aliud in synanchi.

Decoctio ficuū siccarū gargarizata, est valde utilis medicina. *Gargaris*  
*mus.*

Aliud.

Cinis hirundinum.

Aliud.

Tres hyrundinū nidi, cum oleo linino soluti, & collo empla-  
stri, infantium tumores, & anginam curat perfectè.

Gargarismus pro pueris.

Dissoluatur casia fistula, in aqua coriandri humidæ, postea *Gargaris*  
misce totum cum mucilagine psyllii, & fiat gargarismus. *mus.*

Emplastrum pro infantibus.

Recipe, Stercoris canis comedentis ossa, mellis, cineris hordei, *Canon.*  
omnium ana cochleare j. salis modicum. Fiat emplastrum. Est  
autem cochleare j. drachma j. β.

## FEBRIENTIVM PVERO- rum Cura. Cap. XVIII.

**S**Olet infantibus ardens febricula, vel humoralis primū. Dein *Febris pue*  
vbi inueterauerit, in hecticam vt plurimū desinens obrepere: *rorum.*  
in qua curanda talis fiat progressus.

Primò ducatur aluus, si sua sponte nihil excernit, glande excre *Canon.*  
mentiduca quapiam. *Glandes.*

Mox potionetur puer (ni ætatis teneritudo prohibeat) amu-  
lato tali.

Recipe, Aquæ cichorii parum, pastillorum è viperis, antidoti *Potus cõtra*  
mithridatis, ana granum j. β. syrapi violacei, vel zulapii eiusdem, *febres ex*  
ana perexiguum. Misce, dosis sit à guttis ternis, vsq; ad cochleari *pertus.*  
dimidium: habita tamen ætatis ratione.

In tenel

*Canon.* In tenellis autem, vbi nihil per os exhiberi potest, localibus procedemus.

Imponendum furcellæ pectoris, hoc emplastrum optimum.

*Emplastrū optimum in febribus.* Recipere, Hordei decorticati, cum mola aliquantulum contriti, manip. j. & ipsam farinam distempera, cum succo plantaginis, absynthii, maluz, ana q. β. Et fac emplastrum, quo vtere vt prædixi.

*Experimentū in febribus vehementer aestuosis.* Ego complures infantulos febricitantes, à primo statim paroxysmo curavi subsequenti chrysmate, præsertim si febres fuerint æstuentes, & acutæ.

*Chryσμα.* Recipere, Olei rosacei, violacei, ana ʒ. j. adipis anserini ʒ. vj. succi semperuiui vnc. iij. Bulliat ad consumptionem succi, post addatur croci ʒ. j. Fiat vnguentum arte. Quo vngantur renes excalfacti, & spina dorsalis, in die bis, ter vel quater.

*Vnguētum aliud in febribus æquiualens.* Aliud vnguētum, ad febres puerorum abarcendas expertum: quo vngantur spondyli tergi, hora quietis.

Recipere, Muscilaginis cydoniorum ʒ. j. olei violacei ʒ. β. ceræ parum, ad inspissandum.

Mulcendus etiam calor febrilis, eiusmodi zulapio, si æuitatis teneritas tolerare potest.

*Zulapiū in febribus expertissimū.* Recipere, Hydrosacchari ʒ. ij. vini punicorum mesorum, & apyrenorum, ana ʒ. j. iulepi simplicis ʒ. j. β. Misce, dosis pro ætatis congruentia: refrigerat, & sitim reprimat. Peste grassante, diluatur modica portione acida citrorum, aut ribes.

*Vnguētum in febrili æstu optimū.* Febrilem præterea calorem extinguit, succus artemisiæ, cum oleo tepido concretus, si puerile corpusculum eo perlinatur.

Cura sæpius à me experta, in nobili quodam puero febricitante.

Recipere, Diaprunis simplicis, electuarii de sebesten simplicis, diacatholiconis, ana drach. iij. casis fistularæ cum manna ʒ. β. cum syrupo iuiubino, fiat mistura. Dosis eius drachmæ iij. vel iij. ad summū. Exhibeatur de nocte: sed melius post primum somnum. Post purgationem competentem, propinetur ei hoc alexipyreton, hoc est, medicamen contra febrem.

*Hauftus bonus, febres quascunq; abarcens.* Recipere, Aquæ cichorii ʒ. viij. dissoluatur in eis theriacæ diapentis drach. iij. syrups de eupatorio ʒ. j. Misce, pro ternis vicibus, & sint vnciæ iij. pro vna vice, in diluculo, & aliquantulum sudet. Febrim, ardorem, æstum, & stomachi indispositionem, à febre genitam curat, sequens cura à parente meo, in febrilibus pueroribus experta.

*Potus in febribus expertus.* Recipere, Acetosæ manip. j. Bulliat in aqua endiuicæ q. β. cum quatuor



tuor seminibus frigidis, & inde potetur.

Vnguentum.

Vngatur etiam ventriculus, cum succo menthæ & oleo spicæ, *Vnguentum in febribus.*  
calide, mane & sero.

Edat etiamnum diacydoniten: propter refrigerationem, & *Cōfortatio.*  
confortationem.

Lac magistrale, multimorbum, pro infantibus, & pueris febricosis, & calorem febrilem habentibus, quod parēs meus inuenit, *Lac magistrale, in febribus ex-*  
& sæpiuscule ordinauit trimulis, & quadrimulis pueris, & multum effecit. *perissimū.*

Recipe, Aquarum buglossæ, boraginis, acetosæ, scabiosæ, ana quartale j.β. b. p. cum quatuor seminibus frigidis maioribus, & minoribus, cucurbitæ, cucumeris, citrulli, melonum, endiuæ, scariolæ, lactucæ, portulacæ, ana ʒ. j. vel ʒ. ij. Fiat lac, in quo dissolue Loch sani, & experti ʒ. j. conseruæ violarū, rosarum, ana drach. iij. rob granatorum musorum, de ribes, oxymellis simplicis, ana ʒ. β. Misce, coletur diligenter. Bibat ex eo mane, meridie, & sero haustulum. Interdiū diluatur hæc potio, cum aqua fontana: & bibat ad libitum.

Cura à parente meo multoties, in quadrimis pueris febricitantibus experta.

Recipe, Conseruæ, nymphæ, rosarū, ana ʒ. β. b. p. manus Christi, trochiscorum de camphora, diarhodonis, ana ʒ. j. electuarii de gemmis frigidi ʒ. iij. cum iulepo rosarum, fiat mistura. dosis eius auellanæ quantitas, sæpius in die administrata. *Mistura in febribus experta.*

GENARVM, ET MAXIL-

*Genæ. Maxilla.*

larum vitia, genarum & maxillarum tumor, & dolor, & pustulæ.

Caput XIX.

Recipe, Olei laurini, de vitellis ouorum, rosarum, mastichini, terebinthinæ, ana vnc. β. ceræ ʒ. ij. Dissoluatur cera cum oleo rosarum, & laurino, adde cætera, moueatur ab igne, agitur quousq; in frigidetur, reponatur in fictili. *Ad tumorē, & dolorem genarū, & pustulas.*

Genarum, & maxillarum dolor, & tumor pellitur, & lenitur, mastiche mollificata cum albumine oui, & apposita. *Vnguentum.*

HERE

GEORGIUS KVFNERVS  
HERESYPELATIS MORBI  
remedia. Cap. xx.

*Cataplasma*  
*rema.* **A**D heresypelam puerorum expertum cataplasma.  
Recipe, Boli Armeni ℥.j. vel plus. Distemperetur cum lacte caprino, & simul bene agitentur, tepidam superponatur sæpius, cum petiis.

Ad heresypelam tibiæ, & aliarum corporis partium extinguendam epithema.

*Epithema*  
*ad heresy*  
*pelam.* Recipe, Aquæ solatri ℥.vj. rosarum ℥.j. β. aceti vini albi ℥.j. camphoræ ℥.β. lithargyrii ℥.ij. cretæ ℥.ij. Puluerisanda puluerisa, miscæ, & fiat epithema. Superponatur illa aqua bene calida, cum petiis sæpius.

Aliud epithema, ad idem.

*Aliud epi-*  
*thema ad*  
*idem.* Recipe, Albuginis onorum, aceti, aquæ rosarum, lithargyrii subtilissimè puluerisati. Misce diligèter, & intingatur in eis pannus lineus, & exprimatur bene, ne stillet, & superpone loco.

Ad idem.

*Ad idem.* Recipe, Folia bardanæ, aut blitæ, & superpone.

HERNIAE REMEDIA.

Caput XXI.

Vnguentum ad rupturas.

*Vnguentum*  
*ad herniã.* **R**ecipe, Pulueris myrrhæ, olibani, sanguinis draconis, lapidis hæmatitis, serapini, opopanacis, bdellii, ana ℥.β. tragacanthi, terebinthinæ, sepi ceruini, anatis, vrsi, ana vnc β. Misce, fiat vnguentum secundum artem.

*Observatio*  
*nes pro na-*  
*tu grãdiori*  
*bis pueris.* Utantur tales pueri incessu tardo, passu non nimis extenso, leniter spirent, obambulantes identidem resideant.

Cura.

*Cura.* CURA fiat cum ligatura, vel subligaculo, & plumaces, vel quadrata insuper ponatur. Secundò, thus cum albumine oui recentis, & cum coto, vel stappa inuoluatur, & super locum ponatur, & fascietur, aut ligetur, & constringatur. Et si huic addatur parum gallarũ, vel acaciæ, vel psyllii, quod melius est, aluminis, antimonix, carabæ, cerussæ.

*Emplastrũ*  
*ad rupturas*  
*expertum.* Emplastrum aliud, in hernia expertum.  
Puer quidam curatus est in tribus diebus, cum arnoglossa, & lenti



Ientibus decoctis, & super locum ligatis.

**Emplastrum ad herniam expertissimum.**

Recipe, Radicis Aaron, capillorum veneris, ruthæ, saniculæ al- *Emplastrū*  
bæ, ana manip. j. Contundantur, & decoquātur in butyro maica. *in ruptura*  
li, & axungia gallinacea, & sæpius calidè superponatur. Et est res *expertissi-*  
*imum.*  
*num.*

**HECTICAE, CACHE-**  
**xiaꝑ; id est, maciei remedia.**

**Caput XII.**

**V**nguentum impinguatiuū, pro pueris demacrescentibus. *Vnguentum*  
Recipe, Axungiaꝑ porcinaꝑ, gallinaꝑ, ceraꝑ virginæ, ana *impinguati-*  
q. v. resolue: & impone pulueris amydi. Et in exitu balnei vnge, *uum.*  
& tale vnguentū mirabiliter reparat substātialem humiditatem.

**Clysterum pro hecticis, phthysicis,**  
**& consumptis pueris.**

Recipe, Caput, & pedum mutonis j. iuris cicerum alborum, *Clystere in*  
vnc. ij. ficuum pinguiū, numero x. chamomillaꝑ vnc. j. mellis, olei *hectica,* &  
sesamini, ana ꝑ. ij. olei de behen, olei lumbricini, amborum vnc. ij. *cachexia.*  
Fiat clystere, ad quartas iij.

A siccescentium ex hectica puerorum cura emaciatis ex tabi-  
fica febre pueris conuenit eiusmodi nymphæum, vt sequitur.

Recipe, Caput arietinum, & pedes: & coquantur in aqua diu,  
donec carnes separentur ab ossibus, & in tali decocto balneetur  
infans. Deinde mox à balneo impinguetur hoc ceromate.

Recipe, Butyri recentis, olei rosacei, vel violacei, cōmunis, ana *Ceroma in*  
drach. xx. pinguedinis caudæ de carnibus ouinis, drach. xij. ceraꝑ *hectica.*  
candicataꝑ drach. viij. Fiat vnguentum arte: Quo totum pueru-  
lorum corpusculum molliter inungatur.

**Aliud chrisma, aduersus maciem infantium.**

Recipe, Seminis papaueris albi ꝑ. iij. Conficiatur cum oleo vio-  
laceo q. ꝑ. & fiat linimentum molle, quo liniatur spina dorsalis,  
quotidie bis, vel ter. Valet enim contra hecticam, & siccitatē mem-  
brorum. Iis, qui bimatam ingressi sunt, exhiberi potest parum  
subsequentis eclegmatis.

Recipe, Succu liquoritiæ, gummi Arabici, tragacanthi, anisi, se-  
minis papaueris albi, singulorum drach. ꝑ. & cum serapio papa-  
uerino fiat in forma lohoch.

Valde

*Clystere in hectica, & cachexia.* Valde valet clystere nutritiuū factum ex aqua carnis, & lacte, & huiusmodi. Quia venæ mesaraicæ trahunt ad hepar, & sic nutrit. Et sicut puer (teste Arnolde Nououillano) per venam umbilicalem recipit nutrimentum, ita imaginari possumus per clystera similiter fieri.

Cura nouennalis cuiusdam puellæ hecticae, à parente meo inter biduum sanitati restitutæ.

Primò comedebat sæpius butyrum.

Secundò bibebat lac amygdalinum, colatum cum aqua hederæ terrestris.

Tertiò, aliquando hauriebat lac caprinum.

Quartò, edebat sæpenumero ficus.

Quintò, præparabat balneum sequens.

Recipe, Maluæ vtriusq; brançæ vrsinæ, liliorū alborū, saponariæ, morsus gallinæ, hederæ terrestris, chamomillæ, ana M. j. b. p.

Sextò, terantur pulpæ gallinarū. Et tritæ distemperentur cum lacte caprino, vel ouino. Et addantur vitelli ouorum, quibus admisce parum polentæ frumentariæ: alias frumenti, bulliant ad spissitudinem, deinde adde parum de saccharo.

Septimò, bibat potum hunc, de nocte, & mane, calidè.

*In hectica medicamen optimum.* Recipe, Rosarum rubearum, mundatarum ꝑ. iij. ponantur in vase vitreato mundo: & prone super eas, aquæ polypodii calidæ, vnc. x. stringatur bene orificium vasis, seu vitri, & dimittatur sic in infusione per diem naturalem. Deinde extrahantur, & exprimantur valide, colentur, & proiciantur super eam sacchari vnc. x. Rursus decoquatur lento igne, donec inspissetur, tunc iterum cola, & seruetur in vitreato vase mandisimo.

Infantis bimuli hectici, & cachexici cura experta.

*Potus.* Potus sit, lac amygdalinum, vel caprinum, bene saccharatum. Secundò, bibat sequentem potum.

*Potus medicinalis.* Recipe, Aquarum boraginis, buglossæ, ana quartale j. in quo terantur, semina melonum, cucurbitarum, citrulli, cucumeris, ana drach. j. vel ij. fiat lac.

Tertiò, mane, & serò sumat quantitatem castanæ paruæ, de isto linctu, vel electuario.

*Electuariū* Recipe, Diatragacanthi frigidi Nicolai, diarhodonis abbatis, diatriasandali, ana drach. j. lohoch de pino vnc. ꝑ. cum syrupo buglossato, & boraginato, fiat mistura.

*Cura bimuli, in hectica.* Quartò, post balneū vngatur oleo amygdalino dulci. Bimuli infantis cachexici, & hectici cura parētis mei, in puero quodam.

Primò



Primò vngatur venter vnguento de adipibus, in dispensario *ca, & Ca=*  
descripto, mane, & sero. *chexia.*

Secundò vtatur isto iulepo lenitio, *Vnguentum.*

Recipe, Iulepi violacei, iuiubini, ana vnc. ij. aquarum maluæ, betonicæ, scabiosæ, ana vnc. ij. vel iij. dissoluatur in eo, diaprunis simplicis, electuarii lenitiui, de sebesten simplicis, diacatholiconis, casia fistule cum manna, ana drach. j. Misce, fiat potus, de quo mane, & sero, cochlearia duo vel tria vel quatuor bibat.

## IMPETIGINIS MEDELAE.

### Caput XXIII.

#### Cura experta.

**F**iat alipena ex oleo lateritio, & puluere sulphuris, optimè si *Impetigo.*  
mul commistis, & vt ere. Est sæpius expertum remedium. Sa *Vnctio.*  
nat enim intra trinoctium.

#### Alia cura impetiginis.

Primò fiat rasura loci. Dein lauetur locus, cum succo arantiarum. Postremò applicetur illud enchriston. *Enchri=*

Recipe, Nitri drach. ij. sulphuris apyros, id est, viui drach. iij. *ston.*  
Adiectaq; resina copiosa, fiat ad modum enchristi.

#### Aliud ad idem.

Recipe, Sulphuris nigri drach. iij. Teratur: & cum rhodelæo, id est, oleo rosaceo quantum satis est, fiat ad modum linimenti.

## ILIACAE, (VVLGO darmgicht) remedia. Cap. XXIII.

#### Contra iliacam vnguentum.

**R**ecipe, Oleorum anethini, chamamelini, ana vnc. vj. olei ru *Iliaca.*  
thacei, styracis liquidæ, ana vnc. iij. pulueris cymini vnc. ij. *Inunctio.*  
Bulliât omnia vna bullitione. Deinde coletur, & vsui referuetur:  
& quando oportuerit, vngatur locus dolorosus, & est expertum.

Marrubium album tritum, & in oliuo coctum, & appositum, mirabiliter iliacum dolorem sedat.

#### Ad idem valet fomentatio parietariæ.

Aqua destillatiõis morfus gallinæ potui data, & herba in oleo *Linimentum*  
linino frixa, & ventri applicata eidẽ affectioni summè medetur. *Fomentum.*

GEORGIUS KVFNERVS  
INFLATIONIS, ET EX-  
tuberantiæ ventris, & aliorum  
memborum remedia.

Caput XXV.

*Fomentum, vel balneū.* **Q** Vacunq; parte corporis tumor oritur, summitates sambuci, vel ebuli, in vino albo lixentur: & in ipsis calidis puer inuoluatur, & detumescet locus.

Turgidis etiam confert fomentatio, facta cum origano, chamomilla, & solatro, semel, aut bis in die facta.

*Emplastrū.* At si solus venter, pedes, aut brachia extuberant: diaphoreticum cum emplastrum aliquod turgenti particulæ applicetur.

Valet in hoc casu oleum, in quo rutha fuerat elixa, aut cyminum, aut apii semen.

Pro puero trimo, ventrem tumidum habente, cura per parentem meum experta.

Recipe, Diacatholiconis, cassiæ fistularis cum manna, electuarii lenitiui, electuarii de granis ebuli, ana drach. ij.  $\beta$ . cum syrupo violarum q.  $\beta$ . fiat mistura. Dosis drachmæ duæ vel tres pro vice, de nocte, vel in nocte, cum saccharo conspersæ.

Vnguentum.

*Vnctio.* Vngatur etiam venter oleo chamæmelino, vel liliorum alborum.

Potus.

*Potus.* Necnon bibat lac amygdalinum, vel canabinum.

Cura parentis expertissima, in puero, qui habuit maximè tumefactum ventrem, & stomachum.

*Inuentione Patris mei.* Recipe, Electuarii de granis ebuli vnc.  $\beta$ . b. p. cum puluere tabularum laxatiuarum drach. j. cum aqua fructuū Mesuei q.  $\beta$ . fiat mistio, quæ sumatur cubitum eundo.

Vngatur etiam stomachus, cum vnguento Agrippæ, mane, & sero: cui parum succi saluix agrestis sit adiectum.

*Vomitorii.* Item ante sumptionem mistionis sumatur cyathus j. olei liliini vel linini calidi, loco vomitorii. Pro potu vtendum est aqua decoctionis granorum iuniperi, feminum, & radicum fœniculi, & passularum, ana Manip. j.

LING



## LINGVAE VITIORVM

remedia. Cap. XXVI.

## Ancynoglossæ cura.

**A** Gnascitur interdum proli filum lingue constringens, ac ve- *Ancynog-*  
luti scirpans ancynoglossum, quod filu vulgariter vocant, *glossa.*  
vinculum neruosum, non sine subduro hulcusculo, quod nisi in  
ipsa teneritudine curetur, præpedimentum loquelæ parit.

Hoc genus mali Græcè ancynoglossa, Latinè per periphrafin,  
fibrarum linguæ colligamen, aut obnexio dicitur.

Eximitur autem hæc ipsa instrumento chirurgico, quod  
Graii ἀγκυλοτόμου appellant. Melius tamen est eam sensim dif- *Cura.*  
suere, quam repentè præcidere: qua soluta, exertâa lingua fœ-  
tus est, & rhodomeli superillendum. Obstetrices à nixu statim *Canon.*  
innatum hoc malum nummuli acie diffecant.

## Tumor linguæ.

Illinatur succo absynthii.

*Tumor lin-*  
*guæ.*

## Extuberantia linguæ.

Fricetur lingua cum succo ribes, & acedine citri.

## Ardor linguæ.

Fricetur lingua cum succo ribes, & acedine citri.

## Aliud ad idem.

Mundificetur lingua cum hydrelæo, id est, ex aquæ saluæ par-  
tibus ij. & aceti rosacei parte j. confecto.

## Linctus ad idem.

Deinde inungatur lingua, cum rob de berberis, & cum modi- *Linctus ad*  
co rhodomelitis diluto. *idem.*

## Fricatio.

Laudat Auicēna fricationē cum corticibus persicorum factā. *Fricatio.*

Hulcerum, & apostematum linguæ, præsertim ranulæ, *Hulcera,*  
remedia.

## Ad abscessus linguæ.

Fricetur lingua, cum persicis humidis.

*Cura exper*

Cura abscessuum, & hulcerum linguæ, & præsertim ranulæ: *ta in ranu-*  
estq; à parente meo in puella ranulosa experta, quæ excedebat *la.*  
decem annos. Est vnum ex secretis, & arcanis parentis mei. *Phleboto-*

Primò si sanguis superabūdat, phlebotometur cephalica, vel *mia.*

vena sub lingua: & fiat ventosatio super scapulas.

Gargarismus.

*Gargarismus.* Postea fiat gargarismus, cum aqua decoctionis balauustii, capularum glandium, & aceto. Fiat gargarismus.

Alius gargarismus ad idem.

*Gargarismus ad idem.* Recipe, Salis Armoniaci, piperis, sinapi, staphisagrie, nitri, origani, salis, nigellæ, sansuci, & ficuum, in aqua decoctarum, ana q. v. Fiat gargarismus.

Alia cura ex Varignana, ad ranulam.

*Ranula quid?* Ranula est nodus, sub lingua natus. Huc morbum sanat atramentum, si mistum cum hermodactylis applicetur.

*Friccio.* In ipsius autem principio, cum sale Armoniaco & gallis fricetur, quod est etiam utile.

*Trochisci in ranula.* Si autem inueterata sit ranula, vtaris sequentibus trochiscis. Recipe, Vtriusq; arsenici, rubei, & citrini, calcis, gallarum, aluminis, omnium, ana partes æquales. Et ex his puluerifatis, & cum aceto mistis, fiant parui trochisci.

*Vsus.* Cum autem necesse est, sumatur ex eis scrupulus β. & confricentur cum eo gingiua, & sic maneat parum donec purgetur. Deinde oleum rosarum in ore teneatur.

Gargarismus.

*Gargarismus.* Hyssopus decoquatur in aceto, & fiat gargarismus, & aspergatur puluis floris hyssopi: & consumit tumorem linguæ, & vix.

Cura apostematis, & ranulæ linguæ, ex Mesueo.

*Cura Mesuei.* Ordinetur commune regimen diætæ. Item solutio vetricis, si expedit. Fiat etiam ventosatio sub mento, cum scarificatione. Pariter scalpellatio facta in spatio, quod est inter fontem saliuæ, & dentes.

Valet in hoc casu, ad dissoluendum phlegma, quod est aggregatum in lingua, sequens gargarismus.

*Gargarismus in ranula.* Recipe, Origani, pyrethri, zingiberis, piperis nigri, albi, longi, salis Armoniaci, sinapis, cinamomi, hyssopi, nigellæ, sansuci, costii, ana q. v. Confice cum oxymelle scyllitico, & rob, & gargarizetur diebus continuis, cum eo.

Alia in ranula, parentis mei cura.

*Cura parentis in ranula.* Primò fiat scarificatio venularum, in gingiuis, & parte tumen-  
ti existentium.

*Gargarismus.* Secundò vtatur sequenti gargarismo consumptiuo. Recipe, Piperis, pyrethri, zingiberis, zedoarie, caryophyllorum,  
ana



ana ꝑ. j. vuarum passarum 3. j. ꝑ. ficuum numero vj. Bulliāt simul in vino albo, ad cōsumptionem medietatis, & calidè gargariset.

Tertiò, fiat emplastrum super mentum tale.

Recipe, Stercoris anserini, mellis, ana ʒ. j. Coquatur in vino *Emplastrū.* vsq; ad consumptionem vini, fiat emplastrum super locum.

Quartò teneatur in ore, sub lingua, iste puluis.

Recipe, Ofsis sepiæ, salis gemmæ, piperis, ana scrup. ꝑ. spongię *Puluis ad ranulam.* vsq; quantum de omnibus, fiat ex his puluis.

Corrosiuum domesticum Stockeranū, pro gingiuis, & aliis hulceribus corrosiuis, & ambulatiuis, necnon pro ranula.

Recipe, Vitellorum ouorum, decoctorum ad duritiem q. v. *Puluis Stocce keranus.* Salis tantundem. Deinde ponatur in olla, perlutetur, & ponatur in furnum, & deficcetur, fiat puluis: & vtere in hulceribus, vbi necesse est.

## LAPIDIS VESICALIS, ET renalis remedia. Cap. xxvii.

**A**qua distillationis iringi, pitissando sumpta, lapillos tam *Aqua irin-* renales, quàm vesicales consumit, partibus tamen genitali- *gi.* bus prius oleo laureo perunctis: & emplastro subsequenti iisdem apposito.

Recipe, Vitella ouorum integrorum, coctorum in aqua, nu- *Emplastrū.* mero ij. vel iij. Conficiantur cum oleo nardino, & muscelino, & additis foliis enulæ campanæ, parietariæ, petroselinæ, saxifragæ, puluere item lapidis Iudaici. Fiat emplastrum.

Aliud.

Recipe, Oleasti radices, cyminū, & cepulas, ana q. v. Terito, *Emplastrū.* & in oleo coquito, & pone calidum super pectinē: vrinam enim cit, & arenam potenter expellit.

Aqua sublimationis lappæ, cum vino subtili albo sumpta, ma- *Aqua in renali cal- culo.* nifestè frāgit lapidem, tam renalem, quàm vesicalem. Galenus in experimentorum libris.

## MEMBRORVM MALE

### habentium remedia. Cap. xxviii.

Contra extenuationem membrorum.

**R**ecipe, Herbx tanaceti Manip. ij. vel iij. coquatur in aqua. *Lotio.* Lauctur locus ea frequenter, est enim mirabile.

## Inunctio, siue linimentum.

*Linimentum ad idem.* Recipe, Olei amygdalini amari lib. β. croci bene triti vnc. β. coque, & line membra extenuata, vt scis.

Aliud ad idem.

*Aliud.* Recipe, Summitatum iuniperi, radicum vrticæ, saluicæ, florū chamomillæ, ana M. j. Bulliant in butyro recenti. Dein optimè colentur, cum expressione forti, fiat emplastrum.

Aliud ad idem.

*Emplastrū.* Recipe multos vermes terrestres mundatos: pone in phiala, perlutetur pasta panis bene, & ponantur in clibano, sæpe respiciendo quando habeat fissuras, quæ continuè iterum perlutetur, & quando dissoluuntur, cum aqua illa fiat unctio membri tabefacti.

## NARIVM VITIORVM

## medelæ. Cap. XXIX.

Aduersus fluxum sanguinis narium.

**A**Rgillam confice cum aqua rosacea, & aceto acri, fiat emplastrum.

Aliud.

Cinis ranæ combustæ, positus super sanguinis locum, omnimodam cruentationem retinet.

Aliud.

Valet etiam in hoc casu olibanum.

Aliud.

Sumatur cinis cornu cerui, vel bouis, addatur acetum, & emplastretur, aut naribus attrahatur.

Aliud.

Idem facit cinis rosarum.

Aliud.

Idè efficit emplastrū ex secretis Galeni, capite de fluxu ventris.

Aliud.

Succus arnoglоссæ, & pili leporis, simul misti, & emplastri modo applicata hæc, sanguinem super omnia stringit.

Obstructio puerorum in naribus, ex mucis pituitosis induratis.

*Lycinium.* Nux cyperis si teratur cum ficibus, & cum lycinio naribus immittatur, sanat omnes obstructions.

Aliud.

Lactuca est præsentaneū remediū oppilationū factarū in naribus.

Aliud



Aliud simile.

Euaporatio facta cum aceto calido, fortiter aperit.

*Aliud æquiva-  
lens.*

Euaporatio alia.

Similiter operatur euaporatio decoctionis stœchadis.

Lycinium expertum.

Fiat Lycinium ex butyro, & oleo liliorum alborum. Misce si-  
mul, fiat lycinium.

## HVLCVSCVLORVM ORIS, quæ vulgus aphthas indigitat, re- media. Cap. x x x.

**I**Nfans, aut puellus ostocopo, seu cancro, os infestante laborās, *Ostocopus*  
inpersione ex ceruini cornu ramento, & malicorii puluere *Cancer*.  
confecto, sanetur.

Valet idem inspergimen in aliis quoque cancriosis eorundem  
infantium partibus.

Idem haud incommodè perunguntur butyro. Vix enim com-  
modius popanum reperias, quod ad æquè profuit oris hulceribus  
in eadem ætate, quas aphthas dicunt.

Oris item hulceri, quam aphtham Græci nominant, opem fert  
iris, vel cum melle, vel sicca etiam adhibita.

Nomæ aphthæ.

Nomas oris, & aphtham sanat, antherum Aeginetanum, quod *Antherum*  
sumit cyperi denarios viij. myrrhæ denarios xij. sandarachæ, de *Aegineta*  
narios iij. floris rosarum denarios ij. croci denarium j. crocoma-  
gmatis aluminis fisci, ireos, Illyricæ, singulorum denarios ij. *num.*

Eidè adfectui præsidio sunt, rosarū folia cōtusa, pariter & ea. *Aliud ad*  
rundè flosculi. Item crocus, myrrhæ pusillū, cicis, siue galla, thus, *idem.*  
cortex thuris, vel simul, vel singulatim melle irrigata, & excepta.

Præterea mulfum, siue melicraton, &amp; apyrenorum cremor.

## PESTIS, ET INTOXICA- tionis remedia. Cap. x x x i.

**P**Rophylacticon optimum in præcauenda lue pestilenti, in  
forma morsellorum.

Recipe, Diatria sandalorum 3. ij. specierum diarhodonis ab- *Confectio.*  
batis 3. β. trochiscorū diasphragidos, id est, de terra sigillata 3. β.

gemmarum, margaritarum, electuarii gemmati sine speciebus 3. ij. boli Armeni 3. ij. sacchari albi ʒ. xij. Misce, & cum aqua buglossæ q. β. fiat confectio solida in morsellis 3. iij. pro singulo morsello. vel potest illa confectio dissolui in aqua acetosæ.

In præcauenda infantium pestilenti infectione, pretium operæ fuerit infantulos ter in die odoriferis suffitibus, puta, trochiscis, vel vsuletis suffumigare.

*Potus.* Iisdem etiam guttulas aliquot aquæ angelicæ, vel enulæ, seu pimpinellæ, cum exiguo theriacæ, vel mithridatis antidoti, vel rectificationis contra pestem infra scriptæ propinare licebit.

#### Rectificatio contra pestem, in forma Electuarii.

*Rectificatio contra pestem.* Recipe, Theriacæ finæ, mithridatici boni, ana 3. iij. electuarii de ouo 3. ij. boli Armeniaci præparati, terræ sigillatæ, radicum dictami, ana ʒ. j. specierum cordialium ʒ. ij. cum syrupo betonicæ. Fiat mistura, optimè simul incorporata.

Nutrix in dies mane, & vesperè, sumat exagium subscripti pulueris, super pane tosto, cum syrupo acetositatis citri irrigato.

#### Tragea contra pestem.

Recipe, Specierum electuarii liberantis ʒ. j. tormentillæ, dictami, ana 3. iij. pampinellæ 3. ij. β. doronici, cinamomi, seminis citri zedoariæ, ana 3. ij. sacchari ad pondus omnium. Fiat tragea.

## PECTORIS, PVLMONIS, præcordiorum, thoracis, & omniū viscerum male habentium mede- læ.

### Cap. XXXII.

*Mistura in Asthmate.* **C**Vra multoties à parente meo experta, in quadrimis pueris, difficultate spiritus laborantibus.

Recipe, Coferuæ nymphæ, rosarum, ana ʒ. β. b. p. manus Christi, trochiscorum de camphora, diarhodonis, ana 3. j. electuarii de gemmis frigidi ʒ. ij. cum iulepo rosarum, fiat mistura. Dosis eius auellanæ quantitas, sæpius in die administrata.

#### Pro pectore vnguentum.

Vngatur pectus vnguento pectorali communi.

#### Mistura pro pectore, thorace, & visceribus.

Recipe, Decoctionis pectoralis communis ʒ. j. in qua dissolue calicæ fistulatæ cum manna 3. j. Detur in aurora, si nihil duxerit, reiteretur,



reiteretur, dando duplum pondus.

Vtendum pro potu, lacte canabino.

Pectoris stricture medetur, lac magistrale, multimorbum, ordinatum pro pueris trimulis, & quadrimulis, cuius descriptione reperies supra, capite xvij. de febribus puerorum.

Aequè prodest vnguentum mollitium sequens.

Recipe, adipis gallinæ anseris, adipis anatis, butyri recentis, ana 3.iiij. olei chamæmelini, lilini, amygdalini, ana 3.iiij. medullæ vitulinæ 3.ij. cum competenti pondere ceræ. Fiat ad modum vnguenti, quo pectus, latera, & venter, mane, & sero perungantur.

Cura experta, pro puero quodam quadrino, stricture pectoris laborante.

Recipe, Mannæ electæ ʒ.ij. diacatholiconis ʒ.β. floris casia ʒ. *Stricture pectoris.*

j. Misce cum syrupo de liquiritia, fiat mistura. *Mistura.*

Detur lambendum sæpius, præsertim noctu, & in ieiunio.

Cura alia experta à parente meo in peripneumoniacis bimultis.

Primò vngatur venter vnguento de adipibus, in dispensario *Peripneumonia.* descripto, mane, & sero.

Secundò vtatur sequenti iulepo lenitiuo.

Recipe, Iulepi violacei, iuiubini, ana ʒ.ij.β. aquarum maluæ, be *Iulepum tonicæ, scabiosæ, ana ʒ.ij. vel iij. Dissoluatur in eo, diaprunis sim- lenitiuum.* plicis, electuarii lenitiui, diasebesten simplicis, diacatholiconis, casia fistulatæ cum manna, ana ʒ. j. Misce, fiat potus, de quo mane, & sero, cochlearia duo vel tria vel quatuor bibat.

Pectoris à pituita repleti cura.

Recipe, Mannæ electæ ʒ. j. b. p. sacchari candi, succi liquiritiæ, ana ʒ.β. diapenidii, trochiscorum pectoralium ʒ. j. Infundantur in aquis cardui benedicti, prunellæ, scabiosæ, ana ʒ.β. Stent infusa per diem naturalem: Postea colentur, de quo dentur mane, & sero, cochleare vnum vel plus.

Et interdù potionetur aqua fontana, cui guttæ aliquot istius *Potus.* apobregmatis, seu diluti immisti sint.

Proderunt & ficus assatæ, & nonnunquam comestæ.

*Ficus assatæ.*

Contra pectoris plenitudinem.

Recipe, prunorum tamarindorum, passularum, violarum, li- *Haustrum.* quiritiæ, ficuum, ana parum. Bulliāt omnia in ʒ. q. aquæ, secundū artē. Coletur, in colatura cuius sint ʒ. iiij. b. p. Dissoluatur manna, dum adhuc calida est, & iterū coletur. Post liquentur in eanō

colanda, syrupi boraginati ꝑ.β. mannæ electæ 3. casia fistulatæ cū māna diacatholiconis, electuarii lenitiui, ana 3. j. ꝑ. j. Misce, fiat haustulus, capiat circa mediā noctem: diuidatur in duos haustus.

**Pectoris obtusifitati medetur sequens potus.**

*Potus pro pectore.* Recipe, Ficuū pinguium num. xv. iuiubarum num. xxx. radicū fœniculi 3. iiij. succi liquiritiæ 3. j. sacchari candi ꝑ. iiiij. b. p. Bulliant in mulso bono, ad consumptionem vnus partis, coletur: colaturæ recipe totum. Et adde tantundem aquæ polypodii. Bibat mane, & sero, haustulum j. calidè: interdū verò cum aqua fontana lymphatum.

*Trochisci.* Edendi etiam trochisci pectorales.

Omnibus visceribus malè habentibus, vtpote pectoris, pulmonis, præcordiorum, & thoracis morbis confert potus sequens.

Recipe, Ficuū pinguium numero xij. iuiubarū numero xx. Decoquantur incisa in aqua boraginis, buglossæ, ana q. β. in colatura dissoluantur mannæ electæ drach. ij. b. p. casia pinguis, & bonæ, drach. iiij. Electuarii lenitiui drach. j. β. b. p. Et fiat potus, dosis cochlear vnum de mane, & superieiunet duas, vel tres horas. Et detur etiam cochlear vnum de nocte. Et aqua potus illius sit decoctio pectoralis infra scripta, cum aqua fontana diluta.

*Aqua decocta.* Recipe, Tamarindorum, ficuū, dactylorū, sebesten, passularū, hordei, liquiritiæ, ana 3. j. vel ij. Bulliant in aqua q. β. secundum artem. Deinde colentur. Et in colatura dissoluatur oxymelitis simplicis Mesuei tantum, vt fiat ad modum iulepi misti, de quo cum aqua fontana bibat parum pro vice.

Vtatur mane, & serò vno suppositoio communi, si sua sponte alius non fuerit cita.

**Mel passulatum ad hepar, & pectus.**

*Marasmus.* Recipe, Passularum mundatarū à sordibus ꝑ. iiij. vel iiiij. aquæ communis lib. j. Coquantur simul vsq; ad consumptionem aquæ. Deinde fiat fortis expressio: Cui addatur mellis despumati, duplum ponderis. Deinde iterum coquantur simul, vsq; ad necessitatem, & vsui referua.

**Electuarium pro Phthificis pueris, & infantibus.**

Recipe, Caudarum cancrorū fluuialiū, præparatarū secundū artem lib. β. seminis endiuæ, acetosæ, scariolæ, lactucæ, ana 3. j. β. nucleorū pineorum mundatorum ꝑ. iiij. sacchari optimi ꝑ. iiiij. mellis violacei, vel iulepi violacei q. β. Fiat electuariū arte. Dosis infantulo erui quātitas, in lacte nutricis dissoluta, puero 3. j. per se.

PLET



DE MORBIS PVERORVM. 75  
PLETHORIAE REMEDIA.

Caput XXXIII.

Contra plethoriam cura, quae competeret octennali, nouen-  
nali, & decennali. *Plethoria.*  
*Potus in ple-*

Recipe Marrubii manip. j. hyssopi manip. β. melissae tantundē,  
caricarū numero vij. liquiritiae rasae 3. ij. vuarū passarū 3. j. traga-  
cathi 3. j. penidiarū, cādi, ana 3. iij. omnibus incisis & cōtusis, bul-  
liāt simul in mulso bono q. β. ad cōsumptionē tertię partis, colatū  
dulcoretur cū syrupo iuiubino, quod satis est, & fiat potus tepidē  
sumendus, mane, & sero. Dosis eius puero 3. j. pro vice, adultiori-  
bus 3. iij. Interdiu lymphetur iste potus cum aqua fontana pura,  
& bibatur in modū zulapii misti. Edat mane, & sero ficus aslātas.

Si sedem naturalem nō habuerit quotidie, imponatur ei sup-  
positorium de nocte. *Ficus.*  
*Supposito-*

Plethoricis etiā multū confert lac magistrale, multimorbū,  
cap. xvij. de febribus, descriptū. Idq; lac trimulis exhiberi potest. *Lac.*

Vnguentum mollitium, in pletho-  
ria expertissimum.

Recipe, Adipis gallinae, anseris, anatis, butyri recētis, ana 3. iij.  
olei chamæmelini, libni, amygdalini, ana 3. iij. medullae vitulinae,  
3. ij. cum competenti pondere cere, fiat ad modum vnguenti, quo  
pectus, latera, & venter, mane, & sero perungatur. *Vnguentū*  
*in pletho-*

Si plura de hac materia desideras remedia, consule caput de  
tussi sequens, & satisfiet.

AD PYRICAVTA,  
feu ambusta medelae.

Cap. XXXIII.

Infantulis, & pueris quocunq; modo per incuriam nutricum  
combustis, prodest sequens vnguentum. *Vnguentum*  
*cōtra com-*

Recipe, Rhodini, aceti, ana vnc. β. boli Armeni drach. j. Misce  
cum aqua solatri, vel semperuiui. Fiat vnguentum. *combustionem*  
*expertum.*

Emplastrum ad idem.

Combustioni peculiariter prodest succus lactucae agrestis cum  
lacte pingui superpositus. Vnguentū doloris mitigatiuum, præ-  
sertim in principio combustionis ignis. *Ad idē em-*  
*plastrum.*

Recipe, Olei rosacei 3. ij. vitellorum ouorū num. vj. agitentur  
simul

*Vnguentum* simul in modum emplastri. Si vis magis anodynum, adde croci  
ad combu- grana vj. Et fiat vnguentum arte.

*stionem.* Calx viua, oleo rosaceo extincta, deinde admisto cremore la-  
*Linimentū* ctis, ad formam emplastri redacta, illinatur.

## RHEVMATISMI, SEV fluxionis remedia.

### Caput xxxv.

*Suffitus ad* **P**Veris, & infantibus rheumatismo vexatis, prodest olfactatio  
*catarrhū.* sequentis pomi.

Recipe, Ladani purissimi ꝑ. j. nigellæ ꝑ. j. β. Ambræ, moschi, ana  
grana iij. Fiat pomum arte. Potest etiam fieri suffumigatio de re-  
liquiis illius pomi.

Satius tamen mihi videtur vti prædicto pomo ad odorandum,  
quàm ad suffumigandum.

*Linctus.* Pusiones catafimagino, siue destillatione (quam aliàs coryzan  
vocant) infestatos, melleorum eclegmatum frequentiore linctu  
curabimus.

*Cura parē-* Equidem anno superiori parēs meus, plus duodeuiginti puel-  
*is experta* los phlegmatodes solo thuris, mastiches, sandaracæ, styracisq;  
*sapins.* suffitu sospitauit.

*Odoramen* Complures item, eodem malo vexatos, odoramentum ex stil-  
*tū ad rheu-* latitii liquoris rosarū, & admittione caphuræ cōposito liberauit.  
*ma, & ca-*  
*tarrhum.*

## RAUCEDINIS MEDELAE.

### Caput xxxvi.

*Potus rau-* **S**yrupus iuiubinus, cū aqua tusilaginis lymphatus, eliquatis  
*cedinem cu* in eo granis aliquot succi liquiritiæ, postea colatus, & stilla-  
*rans.* tim infantibus irroratus optimm est pro pueris & arteriace.

*Potio ad* Eorundem quoq; raucedini medetur hæc potio, cum aqua sca  
*idem.* biosæ, modicè diluta.

Recipe, Liquiritiæ mūdaturæ, rasæ, vuarum passularum, ana ꝑ. j. β.  
ficuum paruarum, numero vj. foliorum fœniculi ꝑ. j. β. foliorum  
menthæ ꝑ. j. β. hordei mundi manip. j. Bulliant simul in aqua, vsque  
ad consumptionem tertiæ partis, & fiat potus.

*Linctus.* Pro pueris verò valet subsequens lohoch, vel eclegma.

Recipe, Tragacanthi electi ꝑ. j. β. infundatur in aqua rosacea.  
Deinde recipe, Sacchari penidiati ꝑ. j. β. amydi drach. j. mellis rosa-  
ci co



cei, colati 3.β. Misce in forma lohoch. Aliquando adde parum de *Linclus.*  
saccharo condito.

Aliud.

Recipe, Saccharum conditum. Dissolve in flore lactis. Addito *Canon.*  
exiguo muscilaginis feminum cydoniorū, & lambat modicum. *Elegma.*  
*Lohoch.*

## RAMICIS MEDELAE.

### Caput XXXVII.

Emplastrum paternum ad ramicem.

**R**ecipe, Vtriusq; consolidæ, lanceolæ, plantaginis, corrigio- *Emplastrū.*  
læ, restæ bouis, vel caudæ equinæ, sanguinariæ, pentaphyl-  
lonis, ana ℥.β. pulueris gallarū Arabicarū, boli Armeni, sangui-  
nis draconis, cubearum, glandium, corticum medianorum casta-  
næ, virgæ pastoris, lenticulæ, mastiches, myrti, mumix, ana 3.v.  
sepi hircini, olei rosarum, ana ℥.j. Misceantur, & fiat vnguentum, *Vnguentum*  
ad lentum ignem, agitando cum spatula, & parum stet supra *in puerorū*  
ignem, sed cum depositum fuerit ab igne, semper cum spatula agi *ramice ex-*  
tetur, donec sit bene incorporatum. *pertum.*

Vnguentum contra ramicem crassam puerorum.

Recipe, Vnguēti de succo enulæ ʒ.ij. de helleboro albo vnc.β.  
pinguedinis porcine drach. x.

Incorporentur simul, & fiat vnguentum, longa contritione, &  
liniantur ex eo inguina, & tota bursa. Valet herniæ aquosæ, car-  
nosæ, & intestinali.

## STOMACHI DYSCRA- siæ medelæ. Cap. XXXVIII.

**S**tomachum frigidum calefacit, adstringit, & indigestionem *Stomachus.*  
prohibet potus subsequens. *Vētriculus.*

Recipe, Acetosę manip. j. Bulliat in aquę endiviæ q.β. cum qua- *Potus.*  
tuor feminibus frigidis, & inde potetur, edat etiā diacydoniten *Diacydoni-*  
aliquando pro confortatione. *ten.*

Vnguentum ad idem.

Vngatur stomachus, cum succo menthæ, & oleo spicæ, calidè, *Vnguentum.*  
mane, & sero. *Puluis con-*

**P**uluis contra fastidium, vomitum, nauseam, *tra fastidiū*  
& reiectionem ventriculi expertus. *vomitum,*

Recipe, Ruthæ siccæ partem vnā, olibani partem tertiam. *nauseā, &*  
Misceantur, & detur ex eo, secundum quod necessitas postulat. *reiectionē*

Quan

*Stomachi,* Quandoq; miscetur pulvis iste cum syrupo rosarum, quandoq;  
*ex Varigna* cum aqua, quandoq; cum vino.  
*na potus.*

Ad idem.

Idem potest à proprietate, odor corticum citri.

Aliud.

Nauseam item puerorum abscindit syrupus de mentha.

*Fastidium* Fastidium stomachi tollunt sequentia, rob granatorum, oxy-  
*adimunt cō* meli, & syrupus acetosæ.

*posita hæc.* Debilitati, & ructibus stomachi confert sequens potus.

Syrupus melissæ, ab Auicenna descriptus, in libello de viribus  
 cordis: dosis respectu ætatis.

Ad idem.

Iisdem adfectibus medetur zupapium melissæ.

## SITIM RESTINGVENTIA.

### Caput XXXIX.

Sitim restinguit sequens potus.

*Potus cōtra* **R** Ecipe, Acetosæ manip. j. Bulliat in aqua endiuiz q.ß.  
*sitim.* Cum quatuor seminibus frigidis, & inde poterur.

Ad idem.

*Potus.* Aqua syluestris endiuiz, potui data, sitim reprimat.

Ad idem.

*Potus ad* Item rob de ribes, cum aqua acetosæ dilutum, similiter valet.  
*idem.* Ardorem præterea stomachi, & vehementiam sitis, compefcit

*Potus alius* potus aquæ portulacæ, cum succo punicorum malorum mistus.  
*ad idem.*

## SINGULTVM AVFE- rentia. Cap. XL.

*Singultus.* **F**iat decoctio florum anethi, cymini, serpylli, sisymbrii, semi-  
*Decoctio.* nis ruthæ, pulegii, omnium generum méthæ, absyuthii, ana-  
 parum, & per modum cataplasmatum stomacho superponatur, &  
 breui cessabit singultus.

Aliud ad idem.

*Cataplas-* Idem facit apium aquaticum tritum cum mica panis, & cata-  
*sma ad idē.* plasmatum.

*Linimentū* Mastix, cum albumine oui, & aceto confecta, posita supra fur-  
 culam, vel orificium stomachi, idem maximè corroborat, & vo-  
 mitum retinet, nec non singultum amouet.

*Emplastrū.* Dolor stomachi, si fuerit de frigida intemperie, cyperus tera-  
 tur,



tur, & in oleo bullitus, superemplastretur.

Ad omnia stomachi vitia præcipuè cōfert sequens emplastrū.

Recipe, Olibani, succi menthæ, & parum aceti. Bulliant simul, & emplastrentur in furcella pectoris.

Aliud ad idem.

Recipe, Mastiches, cymini, baccharum lauri, ana ʒ.ij. Tere cum succo ruthæ, & confectum cum stupa, superimponere stomacho, & miraberis effectum.

## STERNVTATIONEM SI- stentia. Cap. XL I.

**S**Ternutatio si nimia fuerit, adferit Mesues, olea frigida nari- *Mesuei con-*  
bus attrahantur, aut capiti infundantur, aut naribus immittan- *silium.*  
tur, sicut est oleum rosarum, oleum mistum de salicibus, oleum *Olea sternu-*  
de cucurbita, & similia sternutationem nimiam tollunt. *tationē ni-*  
*miā sisten-*

Aliud remedium.

Et dixit Isahacus, quòd succus basilici, sternutationem à pro- *tia.*  
prietate sedat.

## SPASMATIS, TETANI'QVE remedia. Cap. XL II.

Ad spasmus, & tetanum.

**C**onuulsionibus, & tetano puerorum herba, quam heliotro- *Lotio.*  
pium Græci, solarem Latini dicunt, aqua elixa subuenit effica- *Inunctio.*  
citer, si puerulus eodem decocto quoties neruorum distentio in-  
gruit, inundetur, eoque magis, si post lauationem, irino oleo, aut  
cyprino, aut sicyonio delibutus, tantus, quantus est, incaluerit.

Remedia spasmi, & tetani, per me  
pluries experta.

Illinitio facta cum pinguedine ceruina, vrsina, vulpina, felina, *Illinitio.*  
vel ærulina, spasmaticos non pueros solum, sed & reliquarum  
deinceps ætatum homines maximopere iuuat.

Inter omnia enchirista, hoc est, medicamenta liquida, quæ illi *Enchirista*  
nuntur, nullum deprehendi magis efficax, in curando spasmato, *quid?*  
gangilioque, (quod nerui alicuius contortio verti potest) quam *Gangilium*  
unguentum diacommeos meum, quod constat ex olei muscelini *quid?*  
semūcia, butyri drach. ij. terebinthinæ, ceræ, ana vnc. ʒ. mastiches, *Vnguentum*  
styracis, myrrhæ, ana drach. iij. Conficiantur simul, & fiat unguen- *diacommeos.*  
tum technice.

SER

GEORGIUS KVFNERVS  
SERPIGINIS MEDELAE.

Caput XLIII.

Cura serpinis.

*Inunctio.* **F**iat alipena ex oleo lateritio, & puluere sulphuris, optimè cō-  
denfatis, & vtere. Est expertissimum remedium. Hac enim  
inunctio, puer omnino imperiginosus est à me curatus.

Serpiginis (quam Græci herpeta  
vocat) Cura.

*Serpigo her-  
pes.* Primò fiat rasura loci serpinosi. Dein lauetur locus, succo  
arantiarum. Postea applicetur illud enchriston.

*Rasura.* Recipe, Nitri drach. ij. sulphuris viui drach. iij. Adiectaq; resi-  
na copiosa, fiat ad modum enchristi.

*Lotio.* Aliud ad eundem adfectum.

*Linimentū.* Recipe, Sulphuris nigri drach. iij. Teratur, & cum rhodelæo,  
quod fatis est, fiat ad modum linimenti.

SPLENIS ADFECTIO-  
num remedia. Cap. XLIIII.

*Dolor, tu-  
mor, & op-  
pilatio sple-  
nis.* **S**plenis doloré, tumoré, & oppilationé sedat sequés inunctio.  
Recipe, Foliorum scolopendriæ, foliorum tamarisci, cor-  
picum radicum capparorum, ana q. v. Decoquantur cum oxæ-  
leo: & fiat inunctio.

SCABIEI CVRA.

Caput XLV.

*Vnguentum.* **V**nguentum contra scabiem, serpinem, vitiligines, syro-  
nes, & omne genus pustularum, quæ infantibus, & pueris  
cōtingere possunt expertissimum, quo post lauacrum ad locum  
calidum semper perungantur.

*Vnctio.* Recipe, Succu lapatii acuti lib. β. olei nucei quartam vnam, picis  
vnc. β. bulliant simul, & colentur, & colaturæ addantur, sulphuris  
puluerati, tartari, ana vnc. β. Misce, & fiat vnguentum arte.

Ad pruritum.

*Pruritus.* Lotio facta ex succo ebulorum, Vilhelmo Varignano teste,  
tollit scabiem, & pruritum.

*Lotio.* Ad idem valet, si patiens inungatur ad ignem, donec sudet, cum  
oleo, sale, & modico aceti.

Oleum



Oleum item de schœnâto inunctû, omnem pruriginê aufert. *Oleum.*  
Eiusdem æquivalêtiæ est oleum costinum, & beheninum: quæ *Aliud oleû.*  
etiam aspredinem corporis mirificè purgant.

## TVMORES SEDANTIA

pharmaca. Cap. XLVI.

Ad extuberantiam colis, & testiculorum.

**R**ecipe, Olei de vermibus q. v. illinatur loco dolenti, est expertum.

Ad genitalium pruritum.

Laentur colci pruriginosi, cum aqua decoctionis foliorum *Inunctio.*  
& stipitum saluiæ.

Contra apostemata, & duritiem testiculorum, colis, tibiæ, & aliorum membrorum.

Recipe, Fabarum drach. x. cumini, coriandri, farinæ cicerum, *Emplastrû.*  
ana drach. iij. Incorporetur cum melle q. ß. & fiat emplastrum.

Emplastrum ad tumefactionem testiculorum.

Recipe, corticum granatorum vnc. j. ß. farinæ fabarum vnc. ß. *Emplastrû.*  
olei rosarû q. ß. Fiat emplastrû in modum pultis, adde de amurca  
aceti ð. ß. croci drac. ß. Decoquantur in aqua solatri, plantaginis.

Emplastrum conueniens in apostemate testiculorum cum duritie, habente etiam malam complexionem calidam.

Recipe, Foliorum malux, & parum de rosis. Coquantur in *Emplastrû.*  
aqua, & exprimantur, atque terantur, & cum illa aqua, vel decoctione, vnâ cum oleo rosarum, & farina fabarum, conficiantur in modum pultis, & coquatur ad spissitudinê, & tepidè apponatur. Et si remaneret durities, tunc ex radice euisci fiat cataplasma.

Alia emplastratio ad idem.

Coquatur fabæ in vrina pueri: post emplastretur locus cû eis. *Emplastrû.*

Saccellatio testium inflatorum.

Recipe, Farinæ fabarû, cumini, ana ð. iij. chamomillæ ð. j. ß. fœnigræci, feminis lini, ana ð. j. ß. farinæ hordei ð. ij. olei ruthacei, Chamæmelini, ana vnc. j. aceti parum, fiat emplastrum. *Emplastrû.*

Sacculus.

Recipe, Ruthæ, chamomillæ, fabarum, fœnigræci. Bulliant in *Sacculus.*  
pusca, (id est, vino, & aqua, pariter dilutis) ponatur ad sacculum, qui loco superponatur.

## Inunctio.

*Inunctio.* Fiat prius inunctio, cum oleo chamæmelino, flore lactis, & butyro recenti. Misceantur simul, & inungatur calidè.

## Emplastrum ad idem.

*Emplastrum.* Fiat emplastrum ex floribus chamomillæ, furfuribus, rosis, parietaria, violis, carthamo, ana manip. j. Decoquantur in oleo linino, vel in oxelæo, & fiat emplastrum.

## Ad idem si sit durities.

*Fomentum.* Fomentatio cum malua est expertissima.

## Aliud contra tumorem testiculorum.

Recipe, Farinæ molendini vnc. iij. farinæ fœnigræci ℥. j. farinæ fabarum ʒ. vj. vitella ouorū numero iij. incorporentur cum oleo rosarum, vel aliquo alio conuenienti, & adpica loco calidè.

## Puluis.

*Puluis.* Recipe, Pisas albas, & torrefiant super batibulo, seu infurnibulo, vel pala, donec bene nigrescant, deinde mittantur in pilam, & fiat puluis: quem insperge.

## Damiani cura.

*Damianus.* Persicaria in vino decocta, & adiectis vitellis ouorum, per modum emplastri calidè applicetur.

## Aliud.

Recipe, Parietariæ viridis manip. iij. in vino coquatur, & adplicetur calidè.

*Potus.* Si tumor, & inflatio adsint, valet media cortex sambuci, in vino cocta: Dosis cochlear vnum.

## Emplastrum ad extuberantiam virgæ.

*Contra tumorem.* Recipe, Aquæ maluauiisci, & maluæ, cum farina hordei subtilissima confice. Coque in modum pultis, & superpone.

## TENASMI CVR A. Cap. XLVII.

**C**ontigit aliquando pueris tenasmus, qui est continuus appetitus, & conatus ad egerendum, cum pauco, a ut nullo exitu fecum, quo qui laborat in tantum angitur, quòd sæpe anus procidat, sentiaturq; ibi intolerabilis punctura.

## Cura huius morbi est talis.

*Potus.* Bibat patiens extillatitium liquorem verbasci. Item sedeat in decocto eiusdem herbæ, & frequenter tergat anum cum illa.

*Fomentum.* Fiat etiam fomētum ani, cum elixatura illius. Item rutha bullita teratur, & super locum emplastretur, saluberrimè sanat.

Vrgēte verò maxima necessitate, imponatur ano hæc glādula.

Rec



Recipe, Olibani, & ameos, ana drac. j. opii scrup. j. aliàs drac. ß.  
croci drach. ij. aliàs drac. x. Confice cū melle, & fac suppositoria.

Quòd si propter vehementem dolorem, & nisum excernendi  
anus exierit, vel prociderit, digito intestinum retrudatur, prius  
ramento cornu ceruini combusti resperfo.

Fumigatio facta de terebinthina, posita super carbones, sanat *Fumigatio.*  
tenasmonem.

#### Alia suffumigatio.

Cyminum, anisum, anethū, & colofonia, ana parū. Ponātur su  
per prunas, & cum assellat puer, fumus per posteriora recipiatur.

Ad idē valet solum anethum, si torreatur, & faccelletur.

*Saccellatio.*

Ad idem quoq; valet fumigatio, facta cum sarcocolla.

*Fumigatio.*

## TUSSIS REMEDIA.

### Caput XLVIII.

**S**icubi tussis infantem impetit, mellitissimis vtendum est. *Mellitissimus.*  
Quod si minus iuuerit, eclegma fiat, ex saccharo penidia-  
to, & syrupo iuiubino, de quo parum lambendum detur mane,  
& nocte. nam tussedinem momento sedat.

Propinare solent aliqui puerulis obtusisientibus, vel lac, vel  
stillatitium liquorem, in quo sacchar, canden vulgo vocitant, sit  
eliquatum. Quod si exiguum succi glycyrrhizæ accesserit, conti-  
nuatæ quoque tussi medetur.

Cura in nobili quodam puellulo tussiente  
vltra modum, experta à me.

Recipe, Aquæ fœniculi q. v. Imponatur frustum mellis harun-  
dinei: id est, sacchari candi. *Potus.*

Alia cura competens octennialibus, nouen-  
nalibus, & decennialibus tussisientibus.

Recipe, Marrubii Manip. j. hyssopi, melissæ, ana manip. ß. ca. *Potus.*  
ricarum numero vij. liquiritiæ rasæ drach. ij. vuarum passarum  
vnc. j. tragacanthi drach. j. penidiarum, candi, ana drac. iij. omni-  
bus incisis, & contusis, fiat bullitio in mulso bono q. ß. ad cōsum-  
ptionem tertie partis, colatum dulcoretur cum syrupo iuiubino,  
quod satis, & fiat potus, tepidè sumēdus mane, & sero. Dosis eius  
puero vnc. j. pro vice, adultioribus vnciæ iij. Interdiu lymphetur  
iste potus, cum aqua fontana pura, & bibatur in modum iulepi  
misti. Edat mane, & sero ficus assatas. Si sedem naturalem non ha-  
buerit, quotidie imponatur ei suppositorium. *Cibus.*

Tufsi etiam medentur fequentia medicamenta.

- Lac.* Detur ad bibendum lac canabinum, in quo facchar cōditum  
*Lac aliud.* deliquatum fit, vel bibat lac vaccinum, in quo tragacanthum fit  
 inferuefactum, vel fiat zulapium fequens.  
*Zulapium.* Recipe, Aquæ fœniculi, tufsilaginis, ana q. v. Mifce, cum fyru-  
 po iuiubino, in debita forma.  
*Lohoch.* Ad idem valet lohoch contra tufsim.  
 Tufsi vt plurimum medetur lac magiftrale, multimorbum fe-  
 quens, & potest bimulo, & trimulo exhiberi fine noxa.  
*Lac pro* Recipe, aquarum bugloflæ, boraginis, acetofæ, fcabiofæ, ana  
*tufsi.* q. j. β. b. p. Cum quatuor feminibus frigidis maioribus, & mino-  
 ribus, videlicet, cucurbitæ, cucumeris, citrulli, melonum, endiuæ,  
 fcariolæ, portulacæ, ana drach. j. vel ſcrup. ij. fiat lac, in quo diffol-  
 ue, lohoch fani & experti vnc. j. conferuæ violarum, rofarum, ana  
 drac. iij. rob granatorum muforum, rob de ribes, oxymellis fim-  
 plicis, ana vnc. β. Mifce, coletur diligenter. Bibat ex eo mane, me-  
 ridie, & fero haufulum. Interdiu diluatur hæc potio cum aqua  
 fontana, & bibat ad lubitum.  
 Aequè prodeft vnguentum mollitiuum fequens.  
*Vnguentum* Recipe, Adipis gallinæ, anferis, anatis, butyri recentis, ana  
*pro tufsi.* drach. iij. olei chamæmelini, lilini, amygdalini, ana drach. iij. me-  
 dullæ vitulinæ 3. ij. cum cōpetenti pondere ceræ, fiat ad modum  
 vnguenti, quo pectus, latera, & venter mane, & fero perungatur.  
*Trochifci.* Idem poſſunt trochifci pectorales, in diſpenſario deſcripti, do-  
 ſis pro lubitu.

#### Ad idem.

- Potus.* Recipe, Herbarū, & radicū fœniculi, ana Manip. j. Decoquan-  
 tur in mulſo, & tepidè bibatur mane, & fero. Poſteſt addi ſucci li-  
 quiritiæ drach. j.

#### Cura contra tufsim, pro nobili ſexen- nali puella ordinata.

- Potus in* Recipe, Mannæ electæ drach. j. b. p. ſacchari candi, ſucci liqui-  
*βi.* ritæ, ana ſcrup. β. diapenidii, trochiſcorum pectoralium ſcrup. j.  
 infundantur in aquis cardui benedicti, prunellæ, ſcabiofæ, ana  
 q. β. Stent infuſa per diem naturalem, poſtea colentur, de quo de-  
 tur mane, & fero, cochlear. j. vel plus. Et interdiu potionetur  
 aqua fontana, cui guttæ aliquot iſtius apobregmatis, ſeu diluti  
 immiſti ſint.  
*Potus cōtra* Ad tufsim.  
*tufsim.* Recipe, Prunorū, tamarindorū, paſſularū, violarū, liquiritiæ,  
 ficuum,



ficuum, ana parū. Bulliant omnia in β. q. aquæ, secundū artē. Colatur, in colatura cuius sint vnciæ iij. b. p. Dissoluatur manna dum adhuc calida est, & iterū coletur, post liquentur in ea nō colanda. Syrupi boraginati ʒ. β. mannæ electæ ʒ. iij. casia fistulata cū manna, diacatholiconis, electuarii lenitiui, ana ʒ. j. ʒ. j. Misce, fiat haustus, capiat circa mediam noctē: diuidatur in duos haustus.

**Alius potus contra tussim.**

Recipe, Ficuum pinguium numero xv. iuiubarū numero xxx. *Potus contra tussim.*  
radicum fœniculi drach. iij. succi liquiritiæ drach. j. sacchari candidi scrup. iij. b. p. bulliant in mulso bono, ad consumptionē vnius partis. Colaturæ recipe totum, & adde tantundem aquæ polypodii. Bibat mane, & sero haustum j. calidē. Inter diu verò cū aqua fontana lymphatum.

**Potus alius pro tussi.**

Recipe, Lohoch sani & experti drach. iij. dissoluatur in aqua *Potus.*  
fontana q. β. fiat ad modum iulepi, addēdo diapenidii drach. ij. Syrupi iuiubini q. β. pro bono sapore. Bibat quoties sinit de ea.

**Alius potus contra tussim.**

Recipe, Ficuum pinguium numero xij. iuiubarū numero xx. *Potus.*  
Decoquantur incisa, in aqua boraginis, buglossæ, ana q. β. in colatura dissoluantur mannæ electæ drach. ij. b. p. casia pinguis, & bonæ drach. iij. electuarii lenitiui drach. j. β. b. p. & fiat potus: dosis cochlear j. de mane, & superieiuuet duas vel tres horas. Et detur etiā de nocte cochlear j. Et aqua potus illius sit, decoctio pectoralis infrā scripta, cum aqua fontana diluta.

**Potus pectoralis.**

Recipe, Tamarindorum, ficuum, dactylorum, sebesten, passu- *Decoctio pe-*  
larum, hordei, liquiritiæ, ana drach. j. vel ij. Bulliant in aqua q. β. *ctoralis.*  
secundum artem. Deinde colentur, & in colatura dissoluantur oxymellis simplicis Mesuei tantum, vt fiat ad modum zulapii misti, de quo cum aqua fontana bibat parum pro vice.

**VISVS, ET OCVLORVM  
defectuum remedia.**

**Cap. XLIX.**

**Vnctio.**

**C**Lara oui agitata, despumata, & in oculo posita, ardorem, & *Ardor.*  
punctionem oculorum tollunt. *Punctio.*

## Inunctio.

*Dolor.* Vitellum oui coctum, cum aqua rosarum, vel oleo rosarum confectum, & appositum, dolorem sedat.

## Sacculus.

Rosæ positæ in sacculo, & bene bullitæ, & appositæ oculo, dolorem, & tumorem tollunt.

## Lotio.

Folia betonicæ, & radices sceniculi, elixentur, & illa aqua oculi lauentur, siccabuntur lacrymæ.

## Aqua.

*Lacrymæ.* Aqua, in qua psyllium steterit vna nocte, apposita interius, vel exterius, statim lacrymas, cum ardore, & pruritu stringit, siccat, & sanat.

## Inunctio.

Vitellum oui confectum cum aqua rosarum, & farina, & lacte mulieris, mitigando repercutit.

## Vnctio.

*Dolor.* Omne lac mitigat dolorem oculorum, maximè cum vitello ouorum, & oleo rosato emplastratum.

## Vnguentum.

*Effusio.* Verbena trita, cum albumine oui, nocte superligata, oculis effusionem tollit.

## Emplastrum.

Itè faba decorticata, & cōfecta cū albumine oui, & emplastrata temporibus, humores fluētes ad oculos retinet, vel masticata.

## Linimentum.

*Hebetudinis visus re media.* Adipes piscium fluuiialium liquati, cum oleo, & melle misti, oculorum claritati plurimū conferunt.

## Illinitio.

Quibus oculi cæcitant, his prodest succum coronæ regie collo apponere.

## Collyrium.

Visus obscuritatem emendat, collyrium factum ex aqua violarum purpurearum, & stillatim oculis inditum.

Haud impotentius contenebrata infantium lumina lucidat aqua rosacea irrorata.

*Oculi vitia.* Omni præterea oculari morbo medetur instillatio aquæ con solidæ regalis. Est enim egregium (in pueris præsertim) *ἰξυδιόνιον*, id est, pharmacum ad acuendum visum.

*Obscuritas.* Aequalem in recuperando visu vim obtinet *ὀφθαλμικα*, vulgariter



gariter eufragiæ nomenclatura decantata.

**Collyrium ad dolorem oculorum.**

Camphora resoluatur in aqua rosacea, & bombax intincta, *Collyrium.*  
oculis cataplasmetur, fiat confectio ex croco orientali, & vitello  
oui, & superponatur sæpe oculis.

**Ad oculos cruentos.**

Item si ibi esset multum sanguinis collecti, ad modum vitelli  
oui, tunc intromitte collyrium, factum de rhodofacchare misto  
lacte mulieris. Possunt addi folia plantaginis pro emplastro.

**Contra dolorem oculorum.**

Si fuerit ægritudo valde fortis, tunc dissoluatur modicum de  
opio, in aqua rosacea, vel etiam in aqua fontali, & distilletur per  
vices in oculo. Ex hoc enim penitus dolor tollitur, & calor, & re  
percutitur tumor.

**Aliud ad idem.**

Dolorem oculi tollit lac muliebri, alboribus ouorum, adie. *Dolor.*  
cto opio temperatum.

**INFANTIVM NIMIAE VI-  
gilantiæ Cura. Cap. I.**

**S**I puer in somniis grauetur, fiant fométationes herbarũ gelu *Fométum.*  
spirantiũ, vt puta, malux, solani, plãtaginis, tam platyphylli,  
seu fessilis, quàm quæ fastigiatis emicat foliis, & myracopum po  
puleon, & rhodelæo, vel violaceo oleo, singulis priuatim, seor- *Vnctio.*  
sumq; sumptis, vel mistim coagmētatis, cum succo mandragoræ,  
portulacæ, & lactucæ. In omnibus his intingatur pannus, & fron  
ti applicetur.

Item misceatur oleum rosaceum, cum lacte muliebri, quo frõs *Epithema.*  
epithemetur. Hoc enim dulcem conciliat somnum.

Insomnes puerulos placidè sopit oxyrhodinum noctu fronti, *Oxyrhodi-*  
temporibusq; pro qualitatibus morbi exigentia, adhibitum. *num.*

Idem his, qui vigorem transiluerunt, hoc est, adoleuerũt iam,  
adiectis papaueris lacrymæ granis aliquot, intempestiuas agen  
tes vigilias, somnum dulciter inducit.

Haud minus prodest excubantibus nimium pueris emplastrũ  
factum ex semine papaueris albi, lacte muliebri, & albumine oui,  
circa tempora applicetur.

Et quidam præbent pueris pulueres meconis, cum lacte, vt eo *Potus.*  
tranquillius dormiant.

## VOMITVM PROLICIEN- tia, & coercentia. Cap. L I.

*Emplastrū.* AD compescendam infantium reiectionem, parare solitus sum emplastrū de medulla panis triticei, assati, sed in aceto prius intincti, & vitellis ouorū assatorū, mastiches, thuris, gummi Arabici, & distemperentur omnia cum succo menthæ, & exiguo aceto, quod emplastrum ponatur super os stomachi, & crusta panis asini naribus admoueatur.

*Canon.* Consueui quoque pueris ordinare epithema stomachicum, quod mirificè facit in restringendo vomitu.

*Epithema* Bulliant in aceto rosæ, & cortex quercinus, in quo decocto lana mollis imbibita ponatur super stomachum, vel umbilicum.

Aliud ad idem.

Odor citri, & pomorum redolentium, mirandum in modum vomitum prohibet.

Item decoctio menthæ, cum aceto, & albore ouali, prodest vomitioni, ex debilitate virtutis retentiæ prouenienti, si sponsia excepta ventriculo applicetur, idque in frigida dyscrasia.

*Emplastrū.* In calida causa valent flores nymphææ, cum floribus liliorum, in aceto decocti & emplastrati, sedat etiam dolorem stomachi.

Valentius est emplastrum contextum ex matliche, bolo Armeno, albumine oui, aceto, super orificium stomachi positum.

*Elixatio meliloti.* Pro mitigatione doloris stomachalis vtor ego subsequenti cataplasmate. Melilotum bulliat in vino, vel oxycrate, cum mentha, & absinthio, & calidum adhibeatur.

*Vomitoriū.* Quod si necessitas urgeat puero vomitiones prolicere, tutissimum est linguam digito prius irini vinctuli liquamine delibuto molliter comprimere. Mirum enim dictu, quantam pituitæ vim ea ratione euomet.

Expeditum etiam, & innoxium vomitorium censetur, cyprium oleum, irrigatis in eo digitis, vel pennis, & in gurgulionem, citra tamen læsionem puerulorum infertis.

## EMINENTIAE VMBILICI remedia. Cap. L I I.

*Emplastrū.* AD eminentiam umbilici valet emplastrum scriptum in praxi Petri de Argilla, capite de eminentia umbilici.

Herniæ



Herniæ (de qua suprâ tractatum est) & eminentiæ umbilici species, videlicet, Zyrbolis. Intestinalis. Ventosa. Humoralis. Embrismalis. Sanguinea, propter crepaturam venæ alicuius, vel arteriæ, ibi sanguinem inuadentis.

Causæ harum passionum, vt plurimum sunt, Ventositates, labor, & clamor magnus, seu vociferatio vehemens, insolita spiri- *Causa.*  
tus retentio, vt in prægnantibus, item vagitus, seu ploratus multus, vt in infantibus, deniq; saltatio, lactatio.

#### Regimen.

Cauendum à leguminibus, & omnibus rebus infantibus, ventosis, acerbis, & acutis, vtendum in esu consolida vtralibet. *Regimen.*

Ventris item lenitio fiat sæpius, vel cum casta, si ætas permittat, aut aliis leuibus medicinis, de quibus in adstrictæ alui capitulo, *Lenitio.*  
lo, non nihil egimus.

#### Cura.

Fascietur prominens umbilicus, ligamento ad hoc parato, superposito prius eminenti loco, dropace sequenti, videlicet, thus, *Cura.*  
cum albugine oui, & cum coto, seu stuppa, inuoluatur. Ego his  
adiicio plerunq; cidarum, acaciæ, vel psyllii (quod melius est.) *Dropax.*  
Necnon aluminis, antimonii, carabæ, & psymmitii parum.

#### Experimentum paternum.

Parens superioribus annis, puerum quendam triduo curauit, cum arnoglossa, & lentibus elixis, super locum constrictis, præ- *Cataplasma.*  
cedente fomento vsnæ, nascentis in arbastis prunellorum, cale- *fma.*  
factæ in vino rubello.

#### Aliud.

Mentha teratur, cum albumine oui, & umbilico superponatur, cum petia panni veteris, & comminatur, & conficiatur cum *Emplastris.*  
vino bono, & emplastretur super umbilicum, cum fascia ligata super ipsam. Et si non iuuatur, impossibile est, queuquam curari, sine cauterio.

Contineantur pueri à fletu, clamore, motu, pandiculatione, *Observatio.*  
refupinatione, &c.

#### Aduersus flatuositatem, eminentiam umbilici quandoq; causantem.

Ventositatem si qua ibi est, resoluūt, cuminum, & baccae lauri. Scrophularia etiã sola potata, per quatrídu, (de pueris loquor, quinatum excedentibus) continuū, cum obseruatione reliquorum, omniū crepaturâ, & internam inflationē deturgescere facit.

# VERMINATIONIS INFAN- tium remedia. Cap. LIII.

*Vermes.* **N**Oxia ventris animalia necat hoc cataplasma, vmbilico, feu loco dolenti, calidè superpositum.

*Epöphaliö.* Recipe, Succii absynthii, pulpæ colocynthidis, fellis taurini, ana q. v. Fac emplastrum, & superpone vmbilico, vel loco dolenti, quantum calidius pati poterit.

Cura experta in puero quodam quin  
quennali verminante.

*Inunctio.* Primò vngatur vëter, mane & sero, olei de absynthio ꝑ. ij. vel iij.  
*Supposito-  
ria.* Secundò vtendum suppositoriis ex melle.

Tertiò, recipiendum parum, & pro ætatis respectu, de hac confectione.

Recipe, sementinæ probatæ ꝑ. ij. dictami albi, farinæ lupinorum, radicis filicis, tormentillæ, cornu cerui vsti, ana ꝑ. j. sacchari q. ß. Dissoluto saccharo, in aqua agrimonix, vel artemisix, fiat confectio in tabulis.

*Electuariü  
laxatiuum.* Quartò adhibendum est sequens medicamentum laxatiuum.  
Recipe, Casix fistularis cum manna ꝑ. ß. Detur pro duabus vicibus, vel drach. j. vel ij. vel castanæ quantitas, mane, & sero, & superieiunet horas tres vel quatuor sumens. Dosis in summa respectu ætatis.

Balanus laridatus contra ver-  
mes paruos.

*Balani pro  
lumbricis.* Paretur suppositorium filatum ex lardo veteri salito, aliàs ex carne salsa, crassa, & immittatur podici. Est enim id gratum illis (vt Auicenna testatur) illicium. Nam per eam sic inescati, simul extrahuntur. Idq; fiat post horæ spatium, & tam diu iteretur, vsq; quo anus mundificetur.

Vermiosis pueris etiam multùm prodest sequens cura.

Primò, edat mane zedoariam, & diu etiam in ore contineat, post deglutiat, post vtatur hoc potu ieiunus.

*Potus alius:* Recipe, Aquarü ruthæ, absynthii, abrotani, ana ꝑ. j. pulueris dictami, albi ꝑ. j. Misce, sumat ieiunus, & quandiu potest superieiunet, vel bibat aquam decoctionis abrotani, & dictami, per hebdomadam, semper in mane haustulum.

Decennialibus, & vltra decennium, in lumbricis, & vermibus, potest sequens mistura præberi:

Recipe,



Recipe, Specierum hieræ scrup. iiii. agarici trochiscati drac. j. trochiscorum alhādal, trochiscorū de rhabarbaro, ana scrup. vj. pulueris sementinæ probatæ, scrup. j. omnibus contusis optimè, cum syrupo absynthii fiat mistura. Dosis circa mediam noctem auellanæ quātitas. Oportet vt puer ante sumptionem huius medicinæ, per mediam diem nihil comederit antea, vt lumbrici medicinam eo auidius arripiant. Et post sumptionem huius medicinæ, semper ponatur suppositorium, ex solo melle confectum, absque sale intinctum. *Observatio.*

Vel fingatur suppositorium, complanatum ex saccharo penidiato, intinctum melle, & imponatur ano.

#### Vnguentum contra vermes.

Recipe, Gentianæ, dictami, ana drach. j. pulueris sementinæ probatæ, aloes citrini, ana drach. j. cui adde butyri lotones num. iiii. omnibus simul pistatis, fiat vnguentum, de quo ponat super umbilicum, & expellet vermes. *Vnctio.*

Pro puero natu grandiusculo, emplastrum omphalicon.

Primò superponatur hoc epithema, quod lumbricos necat, & secessum proritat. *Epithema.*

Recipe, Aloes succotrini, dictami, gentianæ, sementinæ, seminis portulacæ, fellis tauri, ana ʒ. j. scammonii ʒ. j. Omnia cum butyro incorporentur, & ex hac mistura, impleatur testa nucis, & applicetur umbilico, & alligetur. Hoc fiat post mediam noctem, vel de mane. Deinde post horam, vel quando vnguentum absorptum fuerit, detur hic potus subscriptus.

Apotropeion, id est, amuletum, pro decennialibus verminantibus pueris.

Recipe, Hieræ Galeni drach. j. rheubarbarici electissimi ʒ. j. theriacæ probatæ, vel Mithridatis antidoti scrup. ʒ. Dissoluatur in vino albo, forti, fiat potus. Potest etiam rhabarbari loco, agaricus poni.

#### Emplastrum contra vermes.

Recipe, Foliorum persicorum, vel porrorum, cum aceto, fiat emplastrū. Ponatur super stomacho, & patiens sedeat in loco tepido, si reperiatur, vel in aqua mellis, statim fugiūt amaritudinē. *Emplastrū.*

#### Vnctio.

Vngatur umbilicus cum amygdalis amaris, & oleo nucleorum persicorum, efficaciter interficit lumbricos. *Vnctio.*

#### Alia inunctio.

Inungatur podex intus, & foris, lacte, & melle mistis, vel intingatur. *Vnctio.*

gatur in iis bombax, & fiat suppositoriū. Et statim descendunt lumbrici ad locum dulcedinis.

*Canon.* Superponatur frustum penidii, & tinctum in melle, & lacte, statim descendunt, maximè si fuerint data superius amara.

Si lumbrici lædant os stomachi, pone fauum mellis in ore ieiuno, statim accedunt mel, & exhibunt per os.

#### Vnguentum.

*Inunctio.* Recipe, Succimenthæ, arnoglossæ, crassulæ, semperuiæ, foliorum persici, aceti fortissimi, fellis bouini, olei persicorum, farinæ lupinorum, seminis apii, ana q. v. Misce, fiat vnguentum, vngue umbilicum in circuitu, & omnes morientur.

## HVLCERVVM REMEDIA.

### Caput LIIII.

**E**Rumpunt vt plurimum in corporibus, puerorum, & infantium hulcuscula, ex noxiorum humorum subcutaneorum exuberantia, progenita, quorum talis potest esse cura.

Si ætas patitur, & virtus constat, ordinetur talis lotio laxatiua.

*Potus laxatiuus.* Recipe, Sericaprini ꝑ. v. Infundantur in eo myrobalanorum citrinorum vnc. ꝑ. fumiterræ, epithymi, ana vnc. j.

Dimittantur sic per noctem, postea diligenter manibus confricentur, & colentur. De colatura sumatur, pro cuiuslibet ætatis conuenientia.

*Potus ad idem.* Fit ad idem non incōueniens potio, ex absinthio, fumoterræ, passulis enucleatis, myrobalanis citrinis, & huiusmodi sanguinem purificantibus.

Eadem hulcera, si dura sint, & maturatu difficilia, huiusmodi lauacro molliantur.

*Lauacrum.* Recipe, Violarie, maluæ vtriusq;, chamomillæ, brançæ vrsinæ, barbæ hircinæ, vngulæ caballinæ, extremitatum rubi, florum carthami, foliorum, & radicum lapatii, ana manip. ꝑ. vel j. Fiat decoctio, in aqua fontana, vel fluuiali, pro balneo tinæ.

*Emplastrum.* A balneo superponatur hoc emplastrum.

Recipe, Ruthæ viridis, si potest haberi, manip. j. idq; in hulceribus simplicibus. Sed si putrefactiones humidæ adsint, syluestris ruthæ tantūdem. Misceantur cum pane, vel farina hordeacea vel frumentacea, & modico melle, fiat emplastrum. Quibus apertis,

*Puluis.* & sanie fluere desinente, sorditiceq; omni amota, & perpurgata, cum puluisculo radice iridis, vel aiphodeli, fiat consolidatio, vel  
cum



cum appositione cineris papyri combusti, seu chartæ cōcremata cum oxycrato distemperata, vel cum vngūcto aureo Mesuei, vel citrino cōmuni, vel cum emplastro gratia Dei dicto, vel cum vngume superius in capite de scabie commemorato.

Vnguentum paternum curans, & sanans omnia infantiū, puerorum, & adultorum hulcera. *Vncliones.*

Recipe, Oliui puri veteris ℥.j. lithargyri quartam vnam, ceræ nouæ citrinæ quartam j.β. boli Armeniaci vnc. iij. vel v. cōsolide maioris tantundem, tragacanthi electi vnc. j. ex iis in aceto decoctis, fiat vnguentum, vel emplastrum artificialiter. *Vnclio.*

Aliud nobile vnguentum, quo etiam peculiariter vtitur parens meus, in omnibus extimis malis: quod non admittit faniem, neque dolorem.

Recipe, Ceræ virginæ vnc. ij. colofoniæ, mumix, ana vnc. j.β. mastiches, olibani, myrrhæ, ana vnc. j. resinæ, picis hygræ, ana vnc. β. coralliorum alborū drach. ij. magnetis drach. β. camphoræ, pinguedinis aschiæ, ana vnc. j.β. Fiat vnguentum arte. potest addi modicum styracis liquidæ, & olei rosacei, si lubet. *Vnguētum.*

## VARIOLARVM, ET morbillorum remedia.

### Caput LV.

**V**ariolæ sunt pustulæ multæ, in toto corpore dispersæ.

*Variola  
quid?*

#### Causa.

Causa variolarum est quandoq; immunditia sanguinis menstrui, quo embrio fuit nutritus, vel quia fœtus fuit cōceptus tempore menstruorum. *Causa.*

Item quandoq; variolæ sunt phlegmaticæ, quandoq; sanguinæ, quandoq; cholericæ, quandoq; melancholicæ.

#### Signa.

Signa variolarum sanguinearum sunt pustularum rubedo, & aliquanta latitudo. *Signa.*

Sed si sunt variolæ cholericæ tunc sunt minoris quantitatis, & acutæ, & earum color declinat ad citrinitatem.

Si sunt phlegmaticæ, sunt latæ, & albæ.

Si melancholicæ, tunc sunt aliquantulum nigræ.

Pro

## Prognosticatio.

- Auerrhois.* Secundum Auerrhoim, nullus homo euadit variolas.  
Item variolæ sanguineæ magis sunt salabres.  
Item quantò velocius erumpunt, & maturantur, tantò citius sanantur.  
Item quantò rariores, seu pauciores, tantò securiores.

## Cura.

- Alius duca tur.* Fiat purgatio cum leuibus medicinis, vtpote cū casia fistulari, prunis, tamarindis, violis, suppositoriis etiã, nõ cum fortibus medicinis. Quia vt plurimum sequitur istum morbum dysenteria.

## Diæta.

Et debet esse eorum diæta frigida, sicut est, hordeatum, auentum, lac amygdalarũ. Lentæ coctæ in aquis duabus, quibus proiectis, coquantur in tertia, demum festinandum est ad extrahendum variolas.

- Decoctum.* Recipe, Ficus siccas, & farinam lentium mūdatarum, ana 3. x. croci, tragacanthi, ana 3. ij. Coquantur in quinq; libris, cum dimidiata aquæ salientis, vsq; ad excoctionem vnus libræ: residuum coletur, detur ad bibendum ante dormitionem, tam diu, donec omnes eruperint.

## Aliud decoctum ad idem.

- Apozema.* Recipe, Ficum vnc. j. ß. lentium excorticatarum vnc. v. tragacanthi, feminis fœniculi, ana 3. ij. croci drach. j. In aliis codicibus legitur vnc. j. sed perperã, vt arbitror. Bulliãt in binis libris aquæ, vsq; ad consumptionem dimidii, & coletur. Propinetur mane, & vespere haustus.

## Alia medicina variolas extrahens.

- Liquor.* Recipe, Succı marathri, apii ana q. v. Tepefiant illi succi simul, & intingatur pannus lineus in eis, & inuoluatur totum corpus. Sic enim citò trahetur materia ad exteriora.

*Liquor alius.* Aequè conducit totum corpus inuoluere in aqua decoctionis lentium. Nam hoc pacto permaturè etiam expelluntur variolæ.

- Embrocatio.* Sed enim variolæ si quandoq; inuadunt oculos, præseruandi sunt frequenti instillatione, & embrocha aquæ rosacæ, & lactis muliebris.

- Collyrium.* Ad idem quoq; valet egregiè collyriũ ex succo verbenæ, cum albumine oui confectum, & oculis guttatim irroratum.

Item



Item si manserit ibi aliqua macula, crebriter immittatur candi Puluis.  
puluerifatam.

Et ad præferuandum nares, vngue eas subinde cum aceto, vel Inunctio.  
cum aqua rosacea.

Item ad præferuandum pulmonem, vtatur syrupis, videlicet, Syrupi.  
papauerino, rosaceo, violaceo, nenupharino, oxalydito, puniceo,  
de fructibus rubi Idæi, & iis similibus.

Item facta maturatione, & apertis variolis, fiat curatio hulcu. Puluis.  
sculorū illorum, cum lithargyro, cerussa, & cum carie lignorum.

Item ad faciendum cicatrices pulchras, fiat inunctio, cum vn. Vnctio.  
guento cerussato.

Præcauedum deniq; sedulò, ne vel infans, vel puer, hisce puftu. Obserua=  
lis inclinatus, faciem manu contrectet. Nam quotquot puftulas tio.

fricando ruperit, tot concauitates, & maculæ, vel tuberositates  
suboriuntur. Quandoquidem à me sæpius animaduersum est, Canon.

infantes, & pueros, antequam variolæ, & morbilli appareāt, pes-  
simis, & ancipitibus symptomatibus infestari. Libet hic, quò ma-  
gis parètes huiusce adfectionis præfagium prædiuinare possint, Signa.

signa præcedentia hic inferere. Sunt autem ea, dolor capitis in  
initio, non sine febricula, rubor, & tumor faciei, turbulentia ocu-  
lorum, cum lacrymis, grauitas capitis, & totius corporis, tremor  
manuum, sternuratio, oscitantia, syncopis, pectoris asperitas, pa-  
nicus, & timor in somno, raucedo vocis, punctio in thorace, præ-  
cordiis, & hypochondriis, nõ secus ac si acus ibidem essent infixæ.

Cum verò variolæ, seu morbilli sese iam exerunt, aer calefa-  
ciendus erit, & infirmus cum pannis calidis, & (si fieri possit) scar-  
lateis, siue purpureis coopertus maneat. Et eorum expulsio iuue-  
tur eiusmodi apozemate:

Recipe, Ficuum, lentium excorticatarum, passularum, dacty. Apozema.  
lorum, ana q. v. Coquantur in aqua, & colentur, & ex ea multo. Variolas  
ties sumatur in die. Et si febris non plurimum molestat, addatur. exiccantia.  
ex semine sceniculi, & lactucæ, ana q. v. cum aliis.

Cum autem omnes egressi sunt, & maturi, tunc exiccantur, & Cura.  
iuuat in decoctione eorū, aqua salsa, cum ipsa lauātur, & super-  
adpersio pulueris risi, aut cū radice cannæ, aut cum farina milii,  
quæ exiccant velociter, quando cōficiuntur cum aqua rosarū, &  
liniuntur, aqua decoctionis ficuum, & salis, furfuris, risi, valent.

Cum autem ficci sunt, & cortex factus est, tunc sæpius in die Vnctio.  
vngantur cortices cum oleo tepido, cum coto, donec omnes  
cortices cadant.

Quod

*Prognosticatio.* Quòd si ex principio morbilli vel variolæ, appareât nigræ, vel virides, vel liuidæ, & duræ, abstinendû ab his, quia mortales sunt.

## DE VRINANDI NIMITATE, & defectu, & primò de diabete. Cap. LVI.

*Diabetes quid? Causa.* **D**iabetica passio, est nimius, & inuoluntarius lotii effluxus. Causa eius est, excessiuus calor renum, impotentius attrahens aquositatem sanguinis.

### Signa sunt.

Immoderatus, & innaturalis fluor vrinæ, imò quicquid bibitur, citò exit ita crudum, estq; frequenter vrina alba, & clara, propter eius cruditatem, & indigestionem.

### Prognosticon.

Iste morbus inducit maciem vehementem, & nisi tempestiuè succurratur, timendum est de hydropisi, & morte.

### Cura.

*Lac. Galenus.* Lac paratum ex auellanis recentibus contusis, cum aqua vrinæ, nalis herbæ confectum, diabeticis omnibus mirè prodest.

*Simplicia.* Laudatur à Galeno aqua hordei, potui data, & rob fructuum. Inter simplicia vitis extremitates, mala cydonia, punica, comæ salicum, portulacæ, virgæ pastoris, & semperuiui, singulatim, vel mistim, tam per modum apozematis, quam fomentationis, vel lauacri vsurpata.

### Emplastrum ad idem.

*Emplastrum.* Recipe, Farinæ hordeacæ vnc. iij. Infundatur in oleo rosaceo q. ß. & modico aceti. Possunt etiam addi, semina portulacæ, ratura cucurbitæ, & solatrum, adiectis seminibus frigorificis, tam minoribus, quàm maioribus, mundatis à suis corticulis, & fiat emplastrum arte.

### Vnguentum ad idem.

*Vnctio. Inunctio.* Recipe, Ceræ, thuris, mastiches, ana drach. j. olei rosacei q. ß. Misceantur pro linimento, & fiat inunctio. Vel recipe, olei cydoniorum vnc. j. ß. calami aromatici, nucum cypressi, ana drach. ß. trochiscorum de terra sigillata, trochiscorum de spodio, de carabe, omnium scrup. iij. aceti rosacei drach. j. ceræ albæ drach. ij.   
Fiat



Fiat vnguetum molle, & laetetur cum aqua sublimationis ar-  
noglossæ, decoctionis antheræ, & sumachii.

## De stranguria, & dysuria.

**I**nfantum urinam prouocat radix meu, quando trita pectini *Cataplasma.*  
eorum superponitur.

Aqua destillationis centinodix, cū radicibus, sublimatæ, Aqua *Aquæ destil-*  
item hipposelini apii, & chamæleontis albæ, necnon trifolii, in *lata.*  
paucissima quantitate propinatæ, in ciendo lotio per multū sunt  
efficaces.

Expertus quoque sum in egro, & propriè in infantibus, parie- *Emplastrū.*  
tariam, si frixetur in oleo, & demum pectini superemplastretur,  
præpotentem esse in prouocatione urinæ.

Expertus etiam sum, destillationem philipendulæ radicis, mo *Potus.*  
dicè potui datam, summam habere urinæ prouocandæ vim.

Experientia deniq; certa didici, ad idem efficaciter valere, si su *Potus.*  
matur cucurbita, quæ est antiqua in retinendo oleum, & calefiat  
aqua feruētī, ita quòd aqua nō ponatur in ea calida, per os ipsius  
infantis, ponat virgam: & calorem retineat.

Datur aliquando in potu, aqua decoctionis acori, quæ mirè *Potus.*  
urinam prouocat.

Item fiat emplastrum, de axungia gallinacea, anserina, cyro- *Emplastrū.*  
grillina, lithospermate, saxiphraga, & sanguine hirci præparato.

Præterea centū capita cocta in oleo chamæmelino, & empla- *Emplastrū*  
strata calidiu sculè, stranguriam, & dysuriam sine dubio solui. *alud.*

Pueris, & ephelis, prodest vinum decoctionis iringorū, cum *Potus.*  
saccharo potui datum, lotium enim potentissimè agit.

Similiter operatur decoctum fenecionum, cum carnibus ca- *Elixatura.*  
stratinis elixatorum.

Nec minus ad hoc potens est, aqua decoctionis cicerum, ma- *Potus.*  
ne, & fero, pro ætatis congruentia propinata.

FINIS.

# INDEX LEONELLI.

<b>C</b> aput primum, de Tumore, & apostemate gingiuarum, & spasmo cordarum maxillarum, in ortu dentium	9
Caput secundum, de Fluxu ventris	10
Caput tertium, de Constipatione ventris	11
Caput quartum, de vesicis quæ nascuntur in gingivis	12
Caput quintum, de spasmo, & primo de spasmo ex repletione	13
Caput sextum, de Tetano, & primo ex repletione	14
Caput septimum, de Tetano ex inanitione	14
Caput octavum, de Tussi catarrhali	15
Caput nonum, de difficultate anhelitus	16
Caput decimum, de Alcola infantium	16
Caput undecimum, de Fluxu humoris ab aure infantis	18
Caput duodecimum, de Doloze auris à vétositate, & humiditate	18
Caput tredecimum, de Apostemate cranei, in capite pueri	19
Caput decimumquartum, de Aqua quæ nascitur in capite pueri	20
Caput decimumquintum, de Inflatione oculorum	22
Caput decimumsextum, de Albugine oculi	eodem
Caput decimumseptimum, de Febre infantium	eodem
Caput decimumoctavum, de dolore ventris	23
Caput decimumnonum, de Sternutatione continua	24
Caput vigesimum, de Bortor	24
Caput vigesimumprimum, de Tumore inguinum	26
Caput vigesimumsecundum, de Apostemate umbilici, & eius tumore in puero	27
Caput vigesimumtertium, de Vigiliis infantium	28
Caput vigesimumquartum, de Singultu	29
Caput vigesimumquintum, de Vomitu superfluo	30
Caput vigesimumsextum, de Debilitate stomachi	31
Caput vigesimumseptimum, de Somnis terribilibus	31
Caput vigesimumoctavum, de Apostematibus accidētibus intra os, & guttur, & dicitur synanchis	32
Caput vigesimumnonum, de Oregmone, quando puer dormit, aliàs oscitantia	33
Caput tricesimum, de Ventositate infantis, in capite	33
Caput tricesimumprimum, de Exitu ani, seu intestini	34
Caput tricesimumsecundum, de Tenasione	34
Caput tricesimumtertium, de Vermibus	35
Caput tricesimumquartum, de Excoriatione coxarum.	36



# MORBORVM CVRATIO- NVM, IN HAC EPITHO- me contentorum elenchus.

<b>A</b> lui omnigenorum morborum, (qualia sunt, constipatio, profluuium, torsio, dolor, durities) remedia	pag. 37
Auricularis morbi remedia	41
Ani omnium vitiorum (vt pote, exitus, abscessus, pruritus, syco- fes, seu ficus, dolor, inflatio, intertrigo, cancer) medelæ eodem.	
Anodyna	43
Alarum excoriationis remedia	49
Abscessuum, & apostematum quorumlibet medicationes	54
Anginam auferentia pharmaca	58
Ancynoglossæ cura	67
Aphthas tollentia medicamina	71
Asthmatis medelæ	72
Ambustorum remedia.	75
<b>C</b> apitis omnigenorum adfectuum (qualis sunt, syriasis, hoc est, ardor capitis, pityriasis, seu porrigo, phthiriasis, tineæ, dolor & calor capitis) medicationes	45
Cosmetica (qualia sunt, capillorum nutritio, tinctura, glabrities, lendines, corrosio) remedia	46
Cardiacæ, & cordis tremoris cura	eodem.
Caloris innaturalis medelæ	48
Coxarum excoriationis medicamenta	49
Caduci morbi remedia	52
Cutim dealbantia, clarificantia, decorantia, & colorantia reme- dia	56
Colli morborum ( vt sunt, botium, verrucæ, & similia ) reme- dia	57
Cachexiæ cura	63
Consumptionem corporis emendantia medicamenta	eodem
Calculum, tam vesicalem, quàm renalem conterentia phar- maca	69
Combustorum medelæ	75
Catarrhum emendantia remedia	76

I N D E X.

Colis defectus (vt sunt, durities, dolor, abscessus, tumor, & similia) medelæ	81
<b>D</b> ysenterix cura	40
Dentitionis, & dentium doloris medelæ	51
Dorsi morborum, (quales sunt, lapsus, præcipitatio, verrucæ, & similia) remedia	51
Dracontiorum, siue dracunculorum cura	52
Diabetis remedia	96
Dysuriæ medelæ	96
<b>E</b> xcoriationis cuiuslibet medelæ	49
Epilepsiæ cura	52
Elcofis, siue exulcerationis cuiuslibet partis remedia	53
Exanthematum medicationes	54
Eruptionum quarumlibet medicamenta	eodem.
Extuberantiæ omnium corporis partium medicamina	66
<b>F</b> emorum intertriginis, paratrimatum & exulcerationis cura	53
Faciei omnium vitiorum (vt sunt, maculæ, morphæa, dealbatio, decoratio, clarificatio, & coloratio faciei) remedia	55
Faucium vitia (vt sunt, asperitas, exulceratio, abscessus, & huiusmodi) emendantia pharmaca	57
Febrium omnigenarum, earundemq; æstus cura	59
Fluxionis, seu rheumatismi remedia.	76
<b>G</b> ingiuarum morborum medelæ	49
Gutturis defectuum cura	57
Genarum vitiorum (scilicet, tumor, dolor, pustulæ) remedia	61
Gangilii medicatio	79
Genitalium tumoris, pruritus, & abscessuum medicamenta	81
<b>H</b> eresypelatis cura	62
Herniæ medelæ	62
Hecticæ medicamina	63
Herpetis remedia.	80
<b>I</b> mpetiginis remedia	65
Illiæ cura	eodem
Inflationis omnium partium medelæ	66
Intoxicationis medelæ.	71
<b>L</b> abiorum fissuras, pustulas, & alias incommoditates tollentia pharmaca	49
Lingux tumores, extuberantias, ardorem, hulcera, abscessus, ranulam, & similia, auferentia medicamina	67
	Lapid



I N D E X.

Lapidem renalem, lumbalem, & vesicalem confringentia remedia	69
Lumbricorum infantium medelæ.	90
<b>M</b> Orbillorum cura	55. & 93
Maxillarum dolorem, tumorem, & pustulas auferentia medicamenta	61
Maciei, macredinis, & macilentix remedia	63
Membrorum extenuationem emendantia pharmaca	69
Marasini medelæ.	74
<b>N</b> arium fluxui sanguinis, & obstructionibus conferentia medicamenta.	70
<b>O</b> ris defectum (quales sunt, hulcera, ostocopus, Cancer) remedia	71
Oculorum dyscrasiarum (vt sunt, ardor, punctio, dolor, tumor, lacrymæ, pruritus, humor, hebetudo, cæcitas, obscuritas) medelæ.	85
<b>P</b> ustularum cura	54
Palati hulcera, & alios eius morbos curantia pharmaca	57
Phthisis medelæ	63. 74
Pestis remedia	71
Pectoris obtusitati, stricturæ, & aliis eius morbis competentia medicamina	72
Pulmonis morbos curantia pharmaca	eodem.
Præcordiorû incommoditatibus conferentia medicamenta	eod.
Peripneumonix cura	73
Plethorix medelæ	75
Pyricaute medicamenta	75
Prurituum cura.	81
<b>R</b> upturæ medelæ	62
Rheumatismi cura	76
Raucedinis remedia	eodem
Ramicis medicamenta.	77
<b>S</b> ynanchis cura	58
Stomachi dyscrasias (vt fastidium, vomitus, nausea, reiectio, debilitas, ructus) curantia medicamina	78
Sitim restinguentia pharmaca	eodem
Singultum auferentia remedia	eodem
Sternutationis remedia.	79
Spasmi cura	eodem
Serpiginis remedia	80

# I N D E X.

Splenis morborum cura	eodem
Scabiei remedia	eodem
Somni incommoditates tollentia remedia	87
Stranguriæ cura.	97
<b>T</b> Horacis morborum cura	72
Tabis cura	74
Tetani remedia	79
Tumorum omnium cura	81
Testiculorum scilicet, abscessuum, duritiei, & tumoris cura	eod.
Tibiarum tumori, duritiei, & abscessibus competentia pharmaca	eodem
Tenasmi cura	82
Tussis remedia	83
<b>V</b> Ariolarum remedia	55.93
Ventris inflationibus, & extuberantiis, aliisq; eius morbis conferentia medicamina	66
Viscerum morborum remedia	72
Vrinæ nimietatis, & defectus remedia	96
Vifus incommoditatibus (vtpote, ardori, punctiõni, dolori, tumori, lacrymis, pruritu, liquoribus, hebetudini, obscuritati, cæcitati) conferentia pharmaca	79
Ventriculi fastidio, vomitui, nauseæ, reiectioni, debilitati, ructibus conferentia medicamenta	79
Vermium remedia	90
Vigiliarum remedia	87
Vomitum curantia pharmaca	88
Vmbilici eminentiæ cura	88
Hulcerum remedia	91
Venenorum antidota	71
	<b>ENCO</b>



# ENCOMIASTICI GENE-

RIS BREVICVLA CONCIO,

*uersans in saluberrimæ artis medicæ, necnon celeberrimi gymnasij professorum, in omni scientiarum genere excellentissimorum laudatione Ingolstadij II. Augusti publicè habita per D. Georgium Khufnerum iuniorem.*



**D** V R A S me equidem partes subiisse mihi viderer, illustrissimi Principes, magnifice rector, generosi Comites, Barones inclyti, Doctores in omni-faria professione famigeratissimi, & ornatissimi, necnon venerabiles Magistri, multiuga eruditione clari, vos denique titulo quocunque decori, ingenui, ac studiosi musarum alumni, quod videlicet ego, nulla penè linguæ gratia, nec oris hubertate præditus, & quod longè grauius est, pubertatem vixdum supergressus tyro, in tanta celebritate, tantoq; præstantissimorum, ac discretissimorum virorum globo (vt sic dicam) sermones ausus sim edere, ni certò prælagiret animus, vos pro vestra modestia, natiua mansuetudine, & affabilitate, suscepti oneris mei vrgentem necessitatem potius, quàm inculti sermanculi mei stylum obseruatuos. Hoc vno fretus metui parcam, & *ἀσπομῶς* rumpatu silentium, obnixè vos orans, ne demissis auribus, nec adducta fronte, sermocinaturò mihi, pro vestra incredibile humanitate præstetis audientiã, quin & gratiam faciatis homini amufotero, haud secus ac anseri inter olores obstrepenti. Quo circa ne tædium auditorio inferam, breuiloquus exordiar.

Primò, licet permulti antehac, & exquisitè de præcellentia, & laudibus medicinæ disseruerint, ac prædicarint, ita vt nihil ferè subsecuturis encomiastis reliquum fecerint, nihilò minus adnitar, hanc ipsam cœlestem artem, si non dignè, merenterq;, tamen crassiore Minerua, ac velut corydalis inter lusciniã tridens, mea quantumlibet exigua prædicatione celebrare, dum ad astra ferre non sit opis meæ, eam ex innumeris, quibus commèdari potest, quàm succinctissimè condecoraturus, ab honesto scilicet, necessario, & vtili.

Principio, quid hoc ipso Medicationis studio honestius, quid



decentius, ac laudabilius? Quod vel omnipotens ipse Deus, in facris literis tantopere cohonestavit, confirmavit, extulitq; per

**Eccl. 38.** Ecclesiasticum gnomologicū illum Sophon præcipiens: Ne defraudes honore medicum, propter necessitatem etenim illum creavit altissimus. A Deo est omnis medela, & à rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu maximatum collaudabitur. Altissimus creavit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Vult idem Solomō, vt locus detur medico, subiungens causam: Etenim (inquit) illū

**Gen. 50.** Dominus condidit, & non discedat abs te: Quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus, quando in manus illorum incurras.

**Exod. 21.** Iussit item dominus in Exodo, Medicis stipem meritam adnumerari debere, cum ait: Si qui compugnauerint, vel mutuis ictibus sese contuderint, & alter proximo damnum intulerit, tamen citra vitæ discrimen, percussor eatenus sit immunis, quatenus operas eius, & impensas in medicos restituat. Nec reprobatur Dominus, ac servator noster, Iesus Christus, medicorum cōditionem, imò statuminat magis in Evangelio, cum inquit: Non egent qui sani sunt medico, sed qui morbis grauantur. Hanc diuus Paulus tanti pendit, vt ipsam inter diuina *χαρίσματα* recensuerit: Vnicuique (inquiens) datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alii quidem per spiritum suppeditatur sermo sapientiæ. Alii gratia sanitarum. Et iterum: Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia: primū Apostolos, secundū Prophetas, tertio Doctores, agentes diuinæ voluntatis præcones ad populum, Deinde virtutes, exinde gratias curationum. Hoc donum nō Apostoli solum dilargiti sunt inter homines, quin & Christus ipse protomedicus, & vnicus mortalium soter, vniuersis indiscriminim imperit. Id quod expresse sacra tradunt volumina. Exempla breuiter oculis subiiciam: Christus Iesus, in terris peregrinatus, spirituali plerunque medicina, hoc est, diuini verbi efficacia, animæ languenti remediatus est. Nonnunquàm etiam adhibito topico, corporalem ægrotantibus salutem præstitit. Testantur hoc Evangelio-graphi, qui gesta illius prodidere scripto. Nonne lumine cassum à natiuitate, lutulento, & pulliginoso collyrio saluauit?

**Mat. 20. de duobus caecis illuminatis, Iericho.** Nunquid non complures a ipsi, hoc est, oculari illinitione, oculis orbi, non verbo solum, sed eodem modo, pharmaci vice esse potuit, visum receperunt? Nonne Longinus decurio, salutari scaturie transuerberati facerrimi Christi lateris promanante, & luminibus irrorante, obtutum recuperavit? Nonne Dominus Iesus

Christus



Christus chirurgicè exercuit, cum abscissam Malcho auriculam *Marc. 14.*  
 tactu rursus adglutinavit? Item cum semineci homini, à viarum *Luc. 23.*  
 obsessibus vita ferè spoliato, de Ierusalem descendenti Ieri- *Ioan. 18.*  
 chū, faucio iusserat infundi, & irrorari cœnelæon? Proditū quoq; *Luc. 10.*  
 literis est, Dominum conuocatis Discipulis, & ad erudiendum  
 populum ad pietatem amittendis copiā fecisse sanandi infirmos,  
 quod quidem imperatum illi probè fecerūt. Legimus enim diuū  
 Paulum, Eutychem adolescentem sopore oppressum, se concio  
 nante, & ex edito loco præcipitatum, vitæ restituisse. Eundem *Acto. 20.*  
 etiā Lystris redunco, & ex vtero matris suæ claudo, ad rectè gra- *Acto. 3.*  
 diendum, expeditèq; ambulandum, adminiculo fuisse. Præterea *Acto. 26.*  
 imposita manu Publii patrem febribus, & dysenteria vexatū sa- *Acto. 9.*  
 nasse. Hanc item sanandi prouinciam suscepit diuus Petrus, cum  
 Aeneam Paralyticum octennem illum Christi Iesu nomine so-  
 spitauit. Idè maius miraculū edidit in Tabitha, quam ipse iam ab *Tabitha.*  
 emerita vita resuscitauit. Constat & inter primæuos, Isaiā Euan-  
 gelicum vatem illum, instinctu prophetico percitum, egisse me-  
 dicum, dum adhibito ficulneocata plasmate sanaret faucium. Aut  
 hulcere laborantē Ezechiam. Liqueet etiam angeli Raphaëlis du *Isa. 38.*  
 ctu, & consilio, Tobiam à dæmoniis tendiculis, & incurfione,  
 liberatum esse: Percontanti nanq; Tobie, quo pacto dæmonium  
 abigere posset, respondit Angelus: Exentera hunc piscem, labra  
 cem aliqui fuisse autumant, & cor eius, & fel, & iecur reponere ti-  
 bi: sunt enim hæc necessaria, ad medicamenta vtiliter. Rursum *Tob. 6.*  
 interrogante Tobia, ad quid hæc reseruata conducerent, cordis  
 (inquit) eius particulam, si super carbones ponas, fumus eius ex-  
 tricat omnegenus lemurū, seu malorū geniorū, siue à viro, siue à  
 muliere, ita vt ultra nō accedat ad eos. Et fel valet ad vngēdos o-  
 culos, in quibus fuerit albugo, & sanabūtur. Ipsa autē nocte incē-  
 so iecinore piscis, fugabitur dæmonium. Sic Moses diuinitus ad-  
 monitus, remedium adinuenit, aduersus ignitorum serpentium  
 morsus, nempe cum æneum anguem erectum in propatulo  
 penetret, ex cuius aspectu venenati redderentur immunes ab in- *Num. 21.*  
 ternecione. Sic etiam Thau, signaculum fuit pestilētiosis, à mor-  
 tifero contagio, haud secus, ac sumpto bezoartico alexicaco li-  
 berandis. Christus denique inter alia signa, quæ in se creditur os *Ezech. 9.*  
 subsecuta forent, *χερποδισίαυ* quoque recensuit. Super egros (in- *Marc. 16.*  
 quiens) manus imponent, & bene habebunt. Hanc noloit negligi  
 Paulus in Timotheo: Nec etiam temere, & præcipitanter fieri *1. Tim. 4.*  
 in quouis. Testatur idem Paulus, Lucam quoque veracem actō-



ram Christi conscriptorem, medendi artem calluisse, & aliquan-  
 do tractasse. Extant & alia complura sacrarum scripturarum te-  
 stificantia elogia, non Apostolos duntaxat, imò multesimam par-  
 tem diuorum, & optatorum Dei, (vt ex illorum actis, & marty-  
 rologiis manifestè deprehendi potest) morbida passim curasse  
 corpora. Adeoque miraculosa sanatione sua, non minimùm  
 ornamentum medicæ facultati peperisse. Porrò quum Deus ipse,  
 quo nemo superior, tali honore medicinam dignatus, & quo-  
 dam modo sacrauit, quis (obsecro) tam vesanæ mentis sit, quis  
 nympholeptus adeò, vacerraque, qui non æternum laudis illius  
 præconium, admirabundus vndique decantet, ac buccinetur?  
 Siquidem ea ipsa diuinitus nobis data, sanita tem tuetur, eandem  
 nostrapte culpa, per luxū Sybariticum à symmetria digressam,  
 ac diuariatam restituit. Imò vitam hominis (qua nihil optatius,  
 chariùsve in terris esse potest) ad constitutum vsque terminum  
 protelat. Hæc (inquam) diuina scientia, medicamentaria vide-  
 licet, eos, qui cum morbis conflictati, iam animum desponde-  
 runt, & omni prorsus spe exciderunt, refocillat. Hæc etiam mor-  
 ribundos persæpe vindicat ab interitu: Hæc adfectiones quasli-  
 bet aufert, cruciatus lenit, mœrores etiamnum inconsolabi-  
 les placat, omnia denique corporis incommoda, quæ nos hinc,  
 atque illinc exagitant, amolitur. Haud igitur immeritò medici-  
 na primas inter cæteras artes fortitur. Quàm verò necessarius  
 sit pharmacorum vsus, norunt inualidi, & quibus aliquando cum  
 medicis res fuit, aut qui profligata quondam valetudine con-  
 sternati, medicam ex adhibita diligenti curatione senserunt o-  
 pem. Inde liquidò constat, quàm secura sit patria ipsa, aduersus  
 etiam contumaces ægrotationes tutio, portus, & refugium, ad-  
 dam etiam solatium. Hæc tam sunt euidencia, vt nullam recipiant  
 tergiuersationem. Quisnam igitur (nisi vecors, & blax omnino)  
 Aesculapicum dogma, non reliquis scientiis antefendum fate-  
 bitur? Huicq; non primas tribuet? Quum singularum aliarum  
 facultatum cultores, ope illius indigi sint, illiusq; adminiculis ve-  
 lint nolint niti cogantur. Nonne (vt rem in arctum cogam) o-  
 mnes aliæ artes, omnis potestas, quantumcunq; sublimis, illius  
 seruitio subiacet?

Nonne quisque suæ saluti diffusus, opem medicam qua-  
 rirat? Cumque iam omni salute desperat, ad communes mor-  
 talium necessarios recurrit? Huc (inquam) enim negari non  
 potest, *μαγνιτάρχης*, id est, summus magistratus vterque,  
 si quando



si quando inualetudo obrepit, velut ad sacram ancoram confu-  
git. Huc reges, principes, dynastæ, nobiles, superiores pariter &  
inferiores, fatis adacti sese recipiunt. Ad hoc asylum, omnes  
liberalium doctrinarum insigniti, si grauior morbus increuerit,  
solent appellere: medicorum tandem opitulamen prece simul &  
pretio exambientes. Summa, tanta veneratione, collaudatione,  
& applausu digna est medicinalis sôphia, vt non iniuria versicu-  
lus ille in eam quadret:

Arte Machaonia, nil prius orbis habet.

Postremò quæ commoditas, quis fructus, quòdve emolumen-  
tum hæc ferat, licet omnibus in professo sit, tamen Ciceroni  
peculiariter, qui Sulpitio scribens, his verbis commendat medi-  
cum quendam: Asclapione (inquiens) Patrensi medico vtor fami-  
liariter, eiusq; tum cõsuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars,  
quam ipse sum expertus in valetudine meorum. In qua tum mihi  
ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaq; satisfecit. Exce-  
lceret fortasse longius oratio nostra, si medicam hanc artem,  
quam pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commo-  
dè posset, altius attollerem.

Pro in fatis nunc sit, pro ingenii mei hebetis tenuitate, ex mul-  
tis, & penè infinitis hæc obiter percensuisse. Restat vt reliquum  
propositi mei cõpendiose, quoad fieri potest, expediam. Et si non  
ignoro patres amplissimi, florentissimam hanc academiam, (in  
qua mediocriter me profecisse non inficias eo) magnificis lau-  
dibus esse prosequendam, ego verò non spero me naturali fa-  
cundia parem illius laudi fore. Nihilominus ad ingenii vires pe-  
riclitandas, conabor esse, si non idoneus, saltem beneuolus accla-  
mator, atq; vtinam liceret etiam laudator. Neq; enim quisquam  
est tam auersus à Musis, qui non facerrimum omnis honestatis,  
doctrinæ, & pietatis contubernium hoc, dignis euehat encomiis.  
Sed in tam spatioso laudum campo, vnde initium sumam, quæ  
quibus anteferam nescio. Ne autem longis ambagibus aures ve-  
stras detineam, per exili lituo clasicum canam. Magna Mineræ  
dignatio Athenis olim erat, sed maior studiorũ cultus hic viget,  
in tantum, vt cum Cicerone Romani eloquii authore primario,  
videre mihi videar hanc urbem, lucem orbis terrarũ, atq; arcem  
gentium, vt pote, quæ inclytis ingeniis meritò sit inclyta. Vbi tan-  
tus est omnimodæ professionis literatissimorum virorum pro-  
uentus: Vbi etiam Musæ ipsæ bonis præsident studiis: Vbi deniq; *Ingolstadiæ*  
Delius, & Pallas, vnà cum magno Thespiadum comitatu, per-  
ses professo-  
petuum



- res, Musarū vicarij.* petuum fixerunt tentorium, sedemq; sibi delegerunt impermutabilem: Suos quælibet habens subfortitos antistites, qui vices earum susceperunt, sophiæ dona studiosis ministrando.
- Euterpe.* Nonne Euterpe, cœcentus, suauitas, siue tibicinaria Latine nomenclata, Theologicæ doctrinæ mystis, suum demandauit ministerium? In celeberrimum sacræ Theologiæ doctorem Leonardum Marstallerum, gymnasii huius almi vicecancellariū dignissimum constituendo.
- Clio.* Ecquid Clio, quod gloriam, vel celebritatem sonat, doctori Ioanni Agricolæ Hammonio, & Ioanni Veldtmillero, qui primas in optimis studiis, celebritatem sibi suo quodam iure vendicarint, & ob egregia monumenta edita, doctrinamq; incomparabilem, per omnium ora vulgati sunt, in docendo Physicen, Medicinam, & Philosophiam, suas commisit partes?
- Thalia.* Nonne Thalia, hoc est, viriditas, corona, festiuitas, lætitia, Iuris prudentiæ professores optimos, celeberrimosq;, magnificum rectorem, doctorem Euuerhardum, & doctorem Hungerum sublegauit?
- Vrania.* Nunquid Vrania, quasi dicas cœlestis Mathematices, Astrologiæq; professores (inter quos principatum obtinet Apianus) vicarios adsciuit?
- Calliope.* Num non Calliope, id est, bona vox, Tatium insignē Poetam, tam vorfa, quàm prosa celebrem, sibi subrogauit? Vt videlicet in hoc diuino Musæo Poesin, Oratoriam, Rhetoricen, Historiographian, humaniores deniq; literas publicè profiteretur?
- Polyhymnia.* Nonne Polyhymnia, multitudo hymnorum interpretāda, totum magisterio liberalium artium decoratorū agmen, in suum suffecit locum?
- Melpomene.* Nonne Melpomene, cantum significās, Græcæ literaturæ prælectoribus, Loricchio videlicet, & aliis suas delegauit vices?
- Terpsichore.* Ecquid Terpsichore, choreis exultans, quæ & citharistria dici potest, promiscuos aliarum disciplinarū Professores, Grammaticos, Arithmeticos, Geometras, priuatosq; Pædotribes substituit?
- Erato.* Nūquid Erato ab amore dicta, Musices sibi præfecit cultores?
- Mnemosyne.* An non Mnemosyne, id est, memoria, mater musarum, prædictis omnibus natarum suarum successoribus, in authorum quorumlibet interpretatione, disciplinarum omnifariarū traditione, ingeniorum deniq; formatione, & in gerenda erudiendis admonitione auxiliatrix adest promptissima?

In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Quo



Quò sit igitur aliò cōcedendum, bonarū literarū studio inau-  
gurandis, equidem nō video. Præfertim cū sit hic cuiusvis disci-  
plinæ promus largitissimus, adeoq; fons, (vt verius dicā) oceanus  
omnigenæ literaturæ. Huc huc adproperet ætas puerilis, huc cito  
gradu comneent adolescentes, huc acceleret omnis iuuetæ flos,  
ad hunc studendi locum arripiāt cursum omnis ætatis homines.

Si puer es elementarius, (vt ab infimis ordiar) priuatos accede *Prinati Gy*  
gymnaſtes, quos affatim alit schola hæc panathenaica, planè rei *mnas̄tes.*  
literariæ peritissimos, quorū eruditione diligenter hausta, dubio  
procul vna ætatis incremento, ad sublimiorem assurges gradum.

Si quem discendæ Latinitatis deſyderium tenet, consummatif-  
simi Palladis præfulis, eloqui Latialis nitore conspicui, Tatii vi- *Tatius.*  
delicet lectorium frequenter celebret. Hunc illius doctrina, non  
solum difertū, sed & verè Latinū potest reddere. Est enim quod  
exploratū habemus, egregius elegantia magister, vates insignis,  
orator haud hercle ignobilis, rhætor item mira sermonis festiui-  
tate præditus.

Auet aliquis se applicare ad Theologiae studiū, adſunt diuinæ *D. Marſtal*  
ſcripturæ interpretes perſpicaciffimi, doct̄or Marſtallerus nem- *lerus.*  
pe, cum collega, qui ſacrorum voluminū, & Christianæ Philoſo-  
phiæ myſteria, ad liquidum explicant, viri digni profectò, quos  
orthodoxorum Zioniorum centuriæ ſuis dignentur ſedibus,  
hi poterūt impios ad viam Domini componere, & abdita Theo-  
logorum ſuis auditoribus propalare.

Expetis eſſe Medicus, vel Phyſicus, Ioannis Agricolæ, & Ioan- *Do. Ioannes*  
nis Veldtmilleri, dominorum, & præceptorum meorum colen- *Agricola.*  
diſſimorum ſis auditor, qui in vtrauiſ arte nulli inferiores ſunt: *Do. Ioannes*  
Sunt enim illi, præter artis Medicæ, aliorumq; liberalium dogma *Veldtmille-*  
tum perfectam notitiam pulchrè eruditi. *rus.*

Qui verò ad forenſes actiones ſe conferre deſyderat, Iuris *D. Fabius*  
vtriuſq; conſultiſſimos, dominum Gymnaſiar cham noſtrū, cum *D. Euerhar-*  
reliquo collegio audiat, & indubitanter voti compos reddetur. *duſ.*

Adfectas profiteri Aſtronomiam, diſciplinaſq; Mathematicas, *D. Hunges-*  
ſub Apiano mereri te non pigeat? Eſt enim in iis veteranus mi- *rus.*  
les, qui ſuos palæſtritas optime ſcit inbuere. *Apianus.*

Si quis diſputatoria, ſeu arte diſſerendi capitur, dialecticos  
doctores, tam priuatos quàm publicos conſulat, & ſatiſſiet ſine  
dubio.

Si Muſices studiū amplecti fert animus, lectiones Melicorum, *Muſici.*  
quos *φορκακνοῦς* Græci, quaſi vocis præceptores, qui vocem re-  
gant,



gant, exerceant, & doceant, nomenclare solent, studiose frequen-  
tare licebit.

*Excellentia* Quid multis? Floret hoc publicum, ac celeberrimum studium,  
*Ingolstadię* clarissimis literarum omnium facultatum professoribus, per  
*Acade-* omnes coronarum distributiones ordines, suas laureas adeptis,  
*mię, in o-* quibus ut utamini magistris, illorūq; sermoni intētē inhiētis, vos  
*mnibus sciē* feruētī studio versantes in literis, peramicē moneo. Præcipuē ta-  
*tijs.* men omnes hortor ad nūquam satis laudandum Hippocraticum  
dogma. Ad quid autē hoc valeat, subscriptū declarabit metrum:

*Verseculi* Aut Rhazen, Galenum, Hippocratem lege,  
*Medicinę* Qui possunt loculos rendere, qui dabunt,  
*laudatiua.* Ostro quo niteas, diuitiis quoq;  
Confors legitimi bellula quo thori  
Ducetur tibi, quæ prole beet patrem,  
Et longæua domus stet, tua nomina  
Det factis reuirere alta perennibus.

Cogit me temporis angustia, iam finem facere vestri adhortan-  
di adolescentes, honestorum studiorum amantissimi: Sed quid  
hoc grauor? Cum vosmet (sic existimo) præceptorū vestrorum  
audientes dicto, vel absque alieno monitore exequemini libera-  
lium iuuenum officia.

Sed quò tandem rapior, amplissimi patres, instituti mei penē  
immemor?

*Petitio licē* Superest adhuc vobis recensere, quid me ad prodeundum in  
*via ad do-* suggestum pertulerit, nempe præcipuus bonorū studiorū amor,  
*et oratū, ad* simulq; ut mei facerem experimentum, te præstantissimū virum,  
*D. Marstal* dominum Leonardum Marstallerum, sacre Theologię docto-  
*lerum vice-* rem, & Gymnasi nostri vicecancellarium dignissimum, supplex  
*cancellariū* rogem, ut mihi non dico debitam, sed gratuitam ad impetrādā  
*dignissimū.* Medicinalem lauream decernas licentiā. Hoc paternitatē tuam  
(inquam) sic oro, ut maiore studio, magisq; ex animo rogare nō  
possim. quod si feceris, humanitati tuæ polliceor, atq; confirmo,  
me quod modò ætatis immaturitas denegat, temporis progres-  
su, intentissima cura, & sedulitate, vigilantia, ad assem olim de-  
pensurum, & exæquaturum. Summa dabitur à me opera, ut  
cum per ætatem integrum fuerit, tua honorificen-  
tia, qua me tanto honore, ad eò solenniter,  
& honestè condecorasti, ad ho-  
minum famam pro-  
fluat. dixi.

La



*In celeberrimum actum, quo &  
humanitate, & eruditione singulari or-  
natissimus iuuenis Georgius Khuf-  
nerus, insignia doctoratus re-  
cepit Congratulatio*

IOANNIS LORICHI  
HADAMARI.

**S**i bene magna cœpit cum laude coronam,  
Si pretio nomen clarius ille tulit.  
**Q**uisquis in Elæo meruisset puluere palmam,  
Seu lucta, aut curru, seu pede victor erat.  
**H**alticus, & Pyctes, Dromeus, gladiator, Aliptes,  
Præmia virtutis promerere suæ.  
**O**rnabant alii flauos Iouis arbore crines,  
Nonnullis merces splendida laurus erat.  
**V**ictores apio redimibat Achaia diues,  
In Nemeis pinus gloria summa fuit.  
**Q**uis positas statuas, auri quis pondera multa,  
Nesciat egregiis dona fuisse viris?  
**I**ure igitur decus hoc tribuit tibi cælia Pallas,  
Et caput insigni vincit honore tuum.  
**I**ustius hæc veniunt tibi præmia docte Georgi,  
Quam cinxit fortis tempora clara Milo.  
**T**am iustè nullus titulum fortitur athleta,  
Tam nulli pugili gloria digna venit.  
**P**ancratii dextris, & solo corpore certant,  
Hoc quis opus tandem vilius esse neget?  
**O**mnes Musarum tu culto pectore dotes  
Hauisti, quoniam munera Dia tenes.  
**H**æc grauior longè, magis est ornanda palæstra,  
Viribus ingenii quæ superare solet.  
**V**icisti omnigenos infracta mente labores,  
Nec piguit curæ tædia multa pati.

Otia,

Otia, blanditias, Venerem, mala pocula, luxum,  
 Vnus es è paucis, qui fugienda putet.  
 In dubio positum est an vincas moribus artes,  
 Artibus an mores par ab vtrifq; decus.  
 Doctrinas vno quæ coniunguntur in orbe,  
 Prima tibi puero discere cura fuit.  
 Hinc nosti Latios rectè proferre lepores,  
 Barbarie expulsa verba diserta loqui.  
 Tum validè tua dicta probas, conuincere doctos  
 Turbam, quæ technis vtitur, atq; strophis.  
 Cuncta etiam lepidis potes illustrare figuris,  
 Flexanimæ Pithus dulcia verba tenes.  
 Hæc vbi sunt studio fundamina iacta fideli,  
 Conatu aspiras ad grauiora cito.  
 Intima sacratæ Sophiæ penetralia lustras,  
 Cuius pars morum facta decora docet.  
 Altera naturæ inquiris mysteria vafræ,  
 Artificem è factis comprobât illa Deum.  
 Talia complexus primis documenta sub annis,  
 Culmina mox celeri tendis ad alta gradu.  
 Verus, & humani generis seruator Apollo,  
 Nil medica melius præstitit arte Deus.  
 Illa tuo placuit diuina scientia cordi,  
 Hanc tibi perpetua sedulitate paras.  
 Omnia Pergamidæ voluis præcepta Galeni,  
 Hippocratis Coi dogmata sana teris.  
 Morborum magno cognoscis acumine causas,  
 Vt cunctis addas pharmaca docta malis.  
 Herbarum succos, certa & medicamina nosti,  
 Quo magna infirmos dexteritate bees.  
 Sed magis hoc mirum primo sub flore iuuentæ,  
 Te res complecti tum potuisse graueis:  
 Cùm tibi vix tenera niteant lanugine malæ,  
 Lustra; sint nondum quinq; peracta tibi:  
 O quales fructus producet serior ætas!  
 O (superi vitam dent modò) quantus eris!  
 Ornabis patriam, cunctos ornabis amicos,  
 Quorum te cultum fecit vtrunq; satis.  
 Hinc tibi purpurei decus hoc insigne galeri,  
 Defert Pierii turba sacrata chori.

Applau



Applaudit studiosa cohors, assurgit eunti,  
 O quantum laudis dat tibi læta dies!  
 Prouenient charis & gaudia quanta propinquis!  
 Quanta in lætitia viuet vterq; parens!  
 Quod sene de Rhodio veterum monumenta recensent,  
 An ne tibi mirum quod videatur habet?  
 Tres pater hic habuit præstanti robore natos,  
 Pancratio hic clarus, sed pugil ille fuit.  
 Tertius in lucta consuevit vincere, iustra  
 Cum sua Pisæo sunt celebrata Ioui.  
 Totaq; spectauit solennes Græcia ludos,  
 Pignora & huc genitor chara secutus erat.  
 Tempore tres iuuenes victores vidit eodem,  
 Vna qui laurum promeruere die.  
 Qui patris in gremio meritas posuere coronas,  
 Brachia circundant, oscula blanda ferunt.  
 Lætaturq; simul populus, tum floribus ornant,  
 Festiuis cœlum plausibus vsq; strepit.  
 Tanta in lætitia, tantoq; in honore sedentis  
 Includere animam gaudia summa senis.  
 At tu clare parens iuuenis lætare beati  
 Nomine, tum multos, & bene Diue dies.  
 Suscipite hunc proceres, clarissima lumina regni,  
 Quos habet augustus Rex in honore viros.  
 Plaudite nunc vestro (sic poscit tempus) amico,  
 Dignus erit tali nemo fauore magis.  
 Zotthius hoc faciet, cunctos clarissimus inter,  
 Nestora qui suafu vincit vbiq; suo.  
 Et Mornauuæræ nitidissima gloria gentis,  
 Omni qui regnum sedulitate iuuat.  
 Haidenreichigena de stirpe insignis Erasmus,  
 Omni virtutum munere cultus homo.  
 Iustitiæq; sciens, & consultissimus æqui  
 Hippius, eloquii non minus arte valens.  
 Per quorum floret virtutem curia Regis,  
 Cuius sustentat sceptræ beata Deus.  
 Posthabitis propriis qui regia commoda tractant,  
 Præcipua cura, præcipuaq; fide.  
 Non alios vellet prudens optare Darius,  
 Dum munerat sumptis punica mala cibis.

Io. Klusne  
 rus D. Me-  
 dicine.

Dominus  
 Io. Zotthius  
 sereniss. Re  
 gi à cõsilijs.  
 Dominus  
 Ambrosius  
 Mornauue=  
 rus.  
 Dominus  
 Erasmus  
 Haidenrich.  
 Georgius  
 Hippius,  
 virusq; Iu-  
 ris Doctor.

h

Sunt in consiliis Regi, quod Zopyrus illi,  
Vnum qui coluit pro Babylone virum.  
Nec consultores alios quæfisset Atrides,  
Vnum dum peteret, negligeretq; decem.  
Illi gaudebunt tantis successibus omnes,  
Fortunamq; volent amplificare tuam.  
Sit licet ampla satis, per eos tua gloria crescet,  
Et Khufnere tuus non morietur honos.  
Tu quoq; gaudebis multum clarissime doctor  
Agricola ô medicæ maxima fama scholæ.  
Te studio, atq; opera sic instruxisse fideli  
Discipulum, de te prædicat ipse libens.  
Phillyrides puerum sic informauit Achillem,  
Atq; Machaoniæ tradidit artis opem.  
Mox & Amynterides iuueni præfectus eidem,  
Monstrauit factis iungere dicta bonis.

*Io. Agricolæ,* Tu quoq; res pulchras docuisti, & verba, voluptas  
*la, Medicinæ* Nunc erit ex illo grata labore tibi.  
*na Doctor,* Deniq; nemo potest hæc tristi cernere vultu,  
*Profess-* Cuius non nimius pectora liuor habet.  
*for.* Nunc precor vt (sine quo nihil est fas fidere nobis)  
Cuncta Deus clemens cœpta secundet. Amen.

ORNAT



# ORNATISSIMO IUVENI

GEORGIO KHVNERO ROTAMONTANO, in medica professione doctoratus insignia recipienti, Carmen congratulatorium

Sebastiani Solidi Rhæti.

**T**Empus erat Tartesiâcis quo merfus in vndis  
Titan, & stabant astra serena polo:  
Fessâq; iam passim cunctis animalia terris,  
Mulcebat serpens molliter alta quies.  
Non auis, aut pecudes optata silentia turbant,  
Iamq; ager, & sæui iam maris vnda filet.  
Interea leni perfunctum membra sopore,  
Curarum domitor, me quoq; somnus habet.  
Templa sacri videor me lucida scandere Phœbi,  
Siue fuit fictæ, seu simulacra rei.  
Mons illic biuugo contingens vertice cœlum,  
Opposita festus parte Cytheron erat.  
Nam licuit certis illud dignoscere signis,  
Fiebant solito Bacchica sacra modo.  
Dispicio tacitus quid & amplius ipse viderem,  
(Huius tam fuerat magna cupido rei.)  
Pingere quæ cerno natura venustius ipsa,  
Tam nequit, intuitu mens stupet ipsa suo:  
En Phœbus folio residens venerandus amœno,  
Argutum solito pectine tangit ebur.  
Ausculto fitiens artis, dulcedinis huius,  
(Mens prona in rebus, ceu solet esse nouis.)  
Amota dextra plectrum iam sistit Apollo,  
Mox & Apollineas iussit adesse deas.  
Concurrunt omnes, suspensiq; ora camœnis,  
Protinus ex alto sic ait ille loco:

h 2

Magna Iouis soboles, vos ò mea gloria Musæ,  
 Qui vestri dicor, duxq; paterq; chori.  
 Nostrum opus est (scitis) lepidos effundere cantus,  
 Et superis doctos adsimilare viros.  
 Nostrum opus est vatum præcingere tempora lauro,  
 Lætus vt exornet pampinus vsq; comas.  
 Venerit & quisquis nostras bibiturus ad vndas,  
 Perpetuum viuens sentiat ille decus.  
 Quare agite ò gratiæ, charos tueamur alumnos,  
 Sitq; illis nostro numine tuta salus.  
 Laudibus at digni multò maioribus illi,  
 Qui duplici studio munera nostra colunt.  
 Quem cupio iuuenem citharæ, vt decoretis amicam,  
 Hic fuit & medici sedula cura cadi.  
 Inuentum (scitis) nostrum medicina putatur,  
 Hinc nostri cupidis præmia ferre decet.  
 Ite igitur dulces iuuenem obseruate puellæ,  
 Et partim nostro ferte labore decus.  
 Plura Dei cupiens ego carpere verba loquentis,  
 Sed vigor externis sensibus ipse redit.  
 Nox depulsa polo, coniunx Tithonia surgit,  
 Et religat roseis tempora flaua comis.  
 Clara dies homines opera ad consueta reducens,  
 Hortatur lepidò membra leuare thoro.  
 Sic postquam pulso melior mens reddita somno est,  
 Quæ vidi vacua somnia mente puto.  
 Et tamen infictis animum iuuat esse moratum,  
 Quæ vidit, repetit mens simulacra prius.  
 En iuuenis turba ueheris stipante Georgi,  
 It tecum effusus ex Helicone chorus.  
 Ad sacra te doctæ conducunt templa Mineræ,  
 Pieriis iunctus, qua fluit Ister aquis.

*Ingolstadij* Qua vere gemini Parnassii culmina surgunt,  
*duo Colle-* Cecropiq; patent, pulpita docta gregis.  
*gia.* Hic capis in studiis perpessæ præmia curæ,  
 Hic ornant teneras turba nouena comas.

*Io. Agricola* Ammonius (verè medicorum Iuppiter Ammon)  
*Medicus* Hic offert medicæ laurea signa rei.  
*excellentis-* Qui quantum reliquos Phœbea vincit in arte,  
*simus.* Phyllyridem mistis æquat & ipse cadis.

Tant



Tantum plus verè credas accedere laudis,  
A tanto veniat quod tibi tantus honos.  
Gratulor idcirco susceptæ nomina famæ,  
Grator tam lætum te tetigisse diem.  
Pergas Pæoniis nunc tradere pharmaca succis,  
Perge salatifera pocula ferre manu.  
Faxit cœlestis Medicinæ inuentor Apollo,  
Talia succedant prospera cœpta tibi.  
Tu nunc ò Misomusæ vomas, non esse poëtis  
Numen, nec Phœbum sensa futura loqui.

h 3

DE MVSARVM PRAEMIIS  
DOCTORI GEORGIO KHVF-  
nero Ratembergenſi, apud floren-  
tiſſimum Ingolſtadium, 11. die  
Auguſti collatis, Carmen  
Valentini Butzlii Vuangiani.

*Muſarū va-  
ria loca.* **C**Armina finxerunt (nam fingunt multa poëtae)  
Innumeras ſedes, nec loca certa Deū.  
Ardua Pimplæ ſacræ e cacumina montis,  
Pars voluit Muſis: pars Heliconæ dedit.  
Verticibus celſum biſidis qui tandit Olympum,  
Parnaſum Muſis pars facit eſſe domum.  
At pars Aoniæ fontes dixere Camœnis,  
Placatas ſedes, tuta veſte loca.  
Confert tecta domus Muſis ſacrata Cytheron,  
Pieræ ſedem dant nemoroſa iuga.  
Sanguine progenit caſa ceruice Meduſa,  
Gaudia Pieriis Bellerophontis equum:  
Pegaſei vt fodiat gelidum pedis vngula fontem,  
In quo Caſtalides candida membra lauent.  
In quo confideat lauro redimitus Apollo,  
Pegaſidum voluat ſceptra regenda manu.  
In quo Pierides poſſint celebrare choreas,  
His dum concinnat doctus Apollo lyra.  
Tot loca finxerunt Muſis nec certa Poëtae,  
Aſtrigeri quot ſunt lumina clara poli.  
At ſi dicendi veſtra de ſede Camœnæ  
Ingenium, calamus, linguaq; docta foret:  
Et ſi mellifluis condiret carmina verbis  
Euterpe, & caneret Cinthius illa Deus:  
Carmine narrarem montes, fluuiosq; ſonoros,  
Acceptas ſedes, & loca grata breui.  
Adiſtis lepidaæ dolci rogo carmine Muſæ,  
Vt loca carminibus dicere veſtra queam.

Tercent



Tercentum, semel atq; semel cum mille solebant,  
 Annos Christicolæ connumerasse pii.  
 Lustra semel, ter terq; semel iunxisse volebat,  
 Huic numero summi chara caterua Dei.  
 Cæsaris & quum conuentus fratrisq; caterua,  
 Vrbe Ratispona religioſa foret.  
 Tunc qui grammaticos inter non vltima laude  
 Ingenii potuit commeruisse loca,  
 Sufenbrotus erat, capiens sua gaudia vitæ,  
 Inuida nec filum fata tulere (uum.  
 Artibus ingenuis mentes pueriq; doceret,  
 Moribus & regeret pectora nuda bonis.  
 Inter quos primos tibi non postremus habebat,  
 Sufenbrote parens spes studiiq; mea.  
 Dogmate cum tandem coluisses pectora nostra,  
 Pierides videam mittis vt ipse Deas.  
 Sic tua iussa sequens, loca quam sinuosa pererro,  
 Castalides quæro Tesqua per hirta Deas.  
 Quo me cunque fero video placidissima nusquam  
 Musis, barbarie sed loca plena graui.  
 Tandem contingens celebris confinia rura  
 Vlmæ, quam rapidis aluit Ister aquis:  
 Hinc mea Danubii noti toto orbe fluentis,  
 Vnda vehit valido languida membra gradu.  
 Norica cum tandem vidissem mœnia, ripis  
 Anglipolim resonis Istridis vnda fluit.  
 Hic dum mansissem, nam nox obscura tenebat  
 Terras, iam somno lumina fessâ iacent.  
 Omnia quæ semper vigilanti mente reuolui,  
 (Accidit vt somno) somnia nostra ferunt.  
 Aonides aderant florentia ferta capillis,  
 Cingentes flauis, pulchra decora suis.  
 Has facies, oculi, pomosæ in corde papillæ,  
 Ornabant Musas, blandidulæq; genæ.  
 Dependunt albo pretiosa monilia collo,  
 Candida purpurea corpora veste rigent.  
 His arguta sonant suaui Psalteria chorda,  
 Cantica concinnit dulcis amica Chelis.  
 Mellifluas voces tantas de gutture promunt,  
 Vt superent Lygiam, Leucasiâq; sono.

Inuocatio  
 1540.  
 Carolus  
 Cæsar in-  
 uictiss.  
 Ferdinan-  
 dus Rex  
 sereniss.  
 Ratispona,  
 vrbs Impe-  
 rialis.  
 Sufenbro-  
 tus.

Vlma, vrbs  
 Imperialis.  
 Ister.  
 Danubius  
 Noricum

*Apollo.* In medio citharædus adest Tegerus Apollo,  
 Carmine Thespiadum qui regit vsq; chorum.  
 Conventus facilem somnum dissoluerat iste  
 Obstupui, vocem lingua referre nequit.  
 Ordine stant circum dextra læuaq; Camœnæ,  
 Coniiciunt ritu lumina nota leui.  
 Ora tenent tacitæ, iam dulcia plectra silebant,  
 Delphicus accedens protulit ista Deus.  
 Excute corde metus, non Musas, spectra timebis,  
 Quas placuit rigido quærere monte tibi.  
 Hic retineto pedes per montes, saxa, per ignes  
 Defessos, hinc est sæpe petita salus.  
 Et si sint alii: (tamen hic gratissima sedes)  
 Quæ capiant Musæ gaudia multa locis.  
*Anglipolis.* Hoc facit Anglipolis, populus, loca, flumina, Reges,  
 Religio, pietas, docta caterua virum.  
 Vrbs antiqua facit, iam multos firma per annos,  
 Quæ potuit longa consenuisse die.  
*Danubius.* Danubius rapidis toti notissimus Orbi  
 Aluit hanc vndis, mœnia tuta facit.  
 Circumfusa ruunt spatiosi iugera campi,  
 Obstant nec sylvæ, mons nec anhelus adest.  
 Incola fortis amat fortunam Martis, & audet,  
 Hosti belligero conseruisse manus.  
*Boiaria.* Boica cum tellus bello vicina periret,  
*Anglipolis.* Ausa est Anglipolis Martis obisse mala.  
*Laus & encomium* Hic quoq; (vt est toto consistens maxima Regno  
 Boiorum) pietas, religioq; fides.  
*Boiorum.* Et populo tanto celebris stat gloria Regni,  
*Guillhel-* Vita Ducis populo religio patet.  
*mus, vtri-* Principibus claro ter magnus itemmate natus,  
*usq; Bota-* Guillhelmus plebem hanc religione regit.  
*ria Dux,* Emporium statuit Musis, quo præmia largo  
 & Comes Anglipoli cornu docta corona ferat.  
*Palatinus.* Digna volunt Musæ hinc studii cognoscere fructus,  
 Præmia Palladis propria ferre viris.  
 Munera depromunt doctis suauissima cornu,  
 Hinc studiis æqua præmia lance ferunt.  
 Hinc est vera domus, Musis gratissima sedes,  
 Hinc poteris doctas excoluisse Deas.

Delphicus



Delphicus ista Deus dixit: Tunc omnis imago  
 In umbras visa est euanuisse leues.  
 Interea cum mente mea sic voluo sopores,  
 Tunc aurora suos rubra colorat equos.  
 Eripior lecto: studiosam quaero cateruam,  
 Colligo Mæoniis munera multa Diis.  
 Sic ubi præterit triplex mihi fertilis annus,  
 Khufærum Musæ condecorare suum.  
 Huius ut ornata tituli Medica arte celebres,  
 (Certarunt Musæ) conspicui esse queant.  
 Munera confuso confundunt ordine cuncta,  
 Khufnerus meus est: Ora nouena ferunt.  
 Vna comas comit, pictas facit vna coronas:  
 Tertia fert flores, Puniceasq; rosas:  
 Ut semper blandis spirarent floribus aræ,  
 De calathis violas spargere quarta solet:  
 Annulus exornat, superans speciosa metalla,  
 Articulos manuum: quem sibi quinta dabat.  
 Arte laboratas vestes dat sexta fororum,  
 Dependent humeris ostræ corusca suis:  
 Aurata lumbos zona nunc septima cingit:  
 Octaua & capiti iam diadema dabat:  
 Doctoremq; nouum deducit nona Dearum,  
 Ad virides hortos: Talia verba facit:  
 Carpemus sociæ vos ò dulcissima poma,  
 Carmine lætemur, blandidulisq; iocis.  
 Tu cithara citharæde veni, fidibusq; sonoris,  
 Doctori carmen pandito dulce nouo.  
 Sed saltum primus citharædi ad pleetra Georgi  
 Ducito, me presit cum tua iuncta manus.  
 Ordine deducat sic saltus quæq; fororum,  
 Accrescatq; leui blanda chorea pede.  
 Exhilarant animos, cognoscunt gaudia, cunctis  
 Concentum, ritum, frons tibi lata tulit.  
 At cum tolis equi pro operant se tingere vasto  
 Oceano, quæuis oscula Musa dedit.  
 Et longum dixisse vale, dextramq; premere,  
 Optat, & exoptat multa beata viro.  
 Quæ tibi rex cæli, terræ, conferre Georgi  
 Dignetur, vitam dirigat atq; tuam.

Nouem Mus  
 sarum offic  
 sia.

AD ORNATISSIMUM IV-  
uenem , Georgium Khufnerum  
Trochoreum , Medicinæ  
doctorem , carmen  
gratulatorium  
Vitalis Gmelichii Salif-  
burgensis.

**S**I mea cum multis valuissent vota Georgi,  
Cui doctum cingunt florida ferta caput:  
Gaudia nunc animi plena, & perfecta voluptas,  
Hæc foret, vt mittam cætera quæq; libens.  
Nanque tui laudes cupiebam nominis, atq;  
Ingeni dotes enumerare bonas.  
Sed qui carminibus venam largitur Apollo,  
Non voluit cæptis mitis adesse meis.  
Nam calamo postquàm conabar scribere sumpto,  
Sume tuis dixit viribus apta magis.  
Propterea meritò iuuenis doctissime tristor,  
Irrita tam iustæ vota fuisse rei.  
Addere pauca tamen libet, & quæ suggeret illa,  
Quæ capit à placido nomen amore sibi.  
Partim quo nostrum tibi confirmemus amorem,  
Qui nunc ex isto tempore maior erit.  
Partim quo videas me, qui grauiora petebam,  
Auxilio Musas destituisse pio.  
Principio longum te iam superasse laborem,  
Lætor, & vt soleo, prospera multa precor.  
Quodq; tuis spirat felicior aura Camænis,  
Quas per arenosas ventas agebat aquas.  
Quod velut emeritus per tela per omnia miles,  
Vicisti, & statuis læta trophæa semel,  
Gratulor, & mentis lætissima gaudia pando,  
Sufficiat pectus, si minus ista loquor.  
Te tua conspicuo virtus decorauit honore,  
Crede, satis tanto munere dignus eras.

Dignus



**Dignus eras, quoniam celebri pro nomine fesso**  
 Sæpe labor somnum, sæpe fugauit opus.  
**A** superis illud, qui non pia vota recusant,  
 Quos iuuat exiles sustinuisse, peto.  
**Hic** virtutis honos, qui nunc tibi celsit, habendus,  
 Vt tibi sit faustus perpetuoq; tuis.  
**Et** quoniam ante annos animum retinere virilem  
 Diceris, auspicio perface cuncta bono.  
**Vtere** concessio diuina munere forte,  
 Ne vacuum iaceat ceu sine mente domi.  
**Te** medicum patriæ, simul & seruabis amicis,  
 Et quos agrotò corpore languor habet.  
**Frigidas** infecto cum turbat ab æthere Mundum,  
 Saturnus, populos exitiò ve premit.  
**Tempus** erit, præstet miseris tua dextra leuamen,  
 Sentiat auxilium morbida turba tuum.  
**Scis** bene quòd Medicum tristes auertere morbos,  
 Et deceat vires arte parare nouas.  
**Et** quò plus prodest, tantò quoq; maior habetur,  
 Crede mihi, similem se facit ille Deo.  
**Nanq;** Deum veteres ista ratione vocarunt,  
 Vt qui seruaret nomine, req; suos.  
**Causa** quidem propior Deus est, curatio certa:  
 Scilicet in cunctis ipse ministrat opem.  
**Sed** tamen vt fiant sibi quæ facienda videntur,  
 Hic instrumentis vititur ille suis.  
**O** nimium felix, & ter, quater vsq; beatus,  
 Cui datur à summo gratia tanta Deo.  
**Te** quoq; felicem, te (si placet) affere faustum,  
 Ante fores etenim sunt ea dona tuas.  
**Sæpe** ad te luctu venient de nocte grauati,  
 Perdita si morbis membra leuare queant.  
**Te** surgente die, te decedente reuisent,  
 Hic æger requiem, cætera quæret in ops.  
**Nota** domus cunctis, eris & notissimus vrbi,  
 Ad sedes current plebsq;, patresq; tuas.  
**Illic** consiliis, illic ratione valere  
 Proderit, & Medicos euoluisse bene.  
**Forfitan** occultas etiam disquirere causas,  
 Non erit officii pars negligenda tui.

Hinc

Hinc bene perspicies quo sit Medicina paranda,  
Aut quo sint ægris pharmaca danda modo.  
Hæc quia peruigili didicisti cuncta labore,  
Iure tenes dura dona petita via.  
Nam studii testem, pretium, solatia, longi,  
Doctoris titulum non sine laude geris.  
Sic hodierna dies patriæ, clarisq; propinquis  
Te notum reddet, conspicuumq; fatis.  
Gaudeat ipse pater, qui te iuuenilibus annis  
Doctorem doctor cernere ritè potest.  
Quid magis exoptet quàm quòd tua nomina tandem  
Audit nominibus confociata suis?  
Ergo age prodi, ne dubites, imitare parentem,  
Exemplo poteris vix propiore frui.  
Incipe, conserua miseros, solare dolentes,  
Sedulus arte iuua, consule, spèq; fone.  
Non res exigua est, sæuos depellere morbos,  
Hinc nunquam pretio, nec quoq; laude caret.  
Conualeant opto, qui se ad tua limina vertunt,  
Auspice succedant omnia ritè Deo.  
Ipse tuum fortunet iter, dux author Apollo,  
Atq; sua doctas instruat arte manus.  
Sic tua post vitam durabit fama superstes,  
Inq; sinu longæ posteritatis erit.  
Interea ardenti nos voce precabimur omnes,  
Vt sana possis viuere mente. Vale.

IN



IN HVMANISSIMI, DO-  
ctissimiq; Iuuenis Georgii Khuf-  
neri actum carmen con-  
gratulatorium

Adolphi Occonis Augustani.

QVas referam laudes, aut quæ præconia dicam,  
Nomine quæ tanto te quoq; digna forent.  
Nunc precor hæc adsit nostris industria Musis,  
Possit vt elogiis digna referre tuis.  
Sed mihi deficient versus, laudes quoq; iustas  
Vllo non poterit dicere Musa modo.  
Attamen experiar num possit nostra camœna  
Promere de studio paucula verba graui.  
Tempore quos notum est te sustinuisse labores  
Non paruo, haud aliquis commemorare potest.  
Ergo tibi primùm vt teneros egressus es annos,  
Ingenium, ac artes docta Thalia dedit.  
Successu fausto post auspiciisq; secundis,  
Mox sua Pierides dona dedere tibi.  
Accessit postquàm puero tibi grandior ætas,  
Atq; ea sunt animo condita ritè tuo,  
Mox tua cura fuit Medicinæ dogmata sancta  
Discere, quo morbis certa medela foret.  
Quid nanq; hoc studio melius, seu dignius vsquam,  
Quod parat immensum, conciliatq; decus.  
Nam medicina suo nunquam priuatur honore,  
Laus hanc perpetua, & non moritura manet.  
Hæc fert auxilium miseris, sæuosq; dolores  
Eiicit, atq; ægris corpora sana facit.  
Hac patriam potes ipse tuam, charosq; parentes,  
Seruare à multis, perpetuisq; malis.  
Hactenus arte tuum pectus medica excoluisti,  
Omnes quæ morbos cum ratione fugat.  
Nunc ergo expectant pulcherrima præmia dignum  
Cultorem, & magnus te comitatur honos.

Mox

Mox & Apollinæ doctor celeberrimus artis  
Diceris, nomen quod sine fine manet.  
Dum tua constabunt in corpore membra venusta,  
Dum reget hos artus spiritus, atq; vigor:  
Permanet interea laudandum in corpore nomen,  
Tanta etiam tua laus perpetua esse solet.  
Quas modò delicias, immensaq; gaudia præbes,  
Huic tibi qui propius sanguine iunctus adest.  
Delectant patrios hæc verè gaudia vultus,  
Delectat matrem gloria tanta tuam.  
Fortunet cœptum summi fabricator Olympi,  
Omnia qui nutu temperat, atq; regit.

FINIS.



LUGDVNI,  
*Excudebant Ioannes &  
Franciscus Frel  
lonii fratres*  

---

1 5 4 6.

